Den Weledgb. Heer J. W. Hessels Lit. Hum. Cand.

DE THUCYDIDIS VATICANI CODICIS QUOD AD LIBROS SEPTIMUM ET OCTAVUM ATTINET PRAESTANTIA CUM VALLAE HISTORIAE BELLI PELOPONNESIACI INTERPRETATIONE COLLATA.

E. J. L. L. E. CORDEWENER.



DE THUCYDIDIS VATICANI CODICIS QUOD AD LIBROS SEPTIMUM ET OCTAVUM ATTINET PRAESTANTIA CUM VALLAE HISTORIAE BELLI PELOPONNESIACI INTERPRETATIONE COLLATA.

DE THUCYDIDIS VATICANI CODICIS QUOD AD LIBROS SEPTIMUM ET OCTAVUM ATTINET PRAESTANTIA CUM VALLAE HISTORIA BELLI PELOPONNESIACI INTERPRETATIONE COLLATA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CASPARIS HENRICI KUHN

MED. DOCT. ET IN FAC. MED. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET

LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

EGIDIUS JOSEPHUS LEONARDUS LUDOVICA EUGENIUS CORDEWENER

MOSA-TRAJECTINUS


DIE VIII MENSIS JULII A. MDCCCXCVII HORA III

IN AULA ACADEMICA.

TRAJECTI AD RHENUM

APUD KEMINK & FIL.

MDCCCXCVII.


HARVARD COLLEGE
JUN 17 1936
LIBRARY

MATRI CARISSIMAE

ET

PIAE OPTIMI PATRIS MEMORIAE.

Studiis meis jam jam finem impositura mihi nihil carius nec gratius est quam ut Tibi, Clarissime NABER, ob benevolentiam atque humanitatem, quibus me semper prosecutus es, gratias quam maximas agam. Persuasum Tibi velim me excellentium Tuorum praeceptorum memorem grato animo semper recordaturum quae quantaque Tibi debeam. Quae singula hic me praedicare neque multitudo Tuorum beneficiorum sinit, neque Tu, si siverit, velis. Ut pari Tua et in posterum erga me benevolentia uti mihi liceat, etiam atque etiam rogo.

Et Vestri, Viri Clarissimi KARSTEN, BELLAAR SPRUYT, VALETON, VAN DEN ES, quorum egregia doctrina summaque humanitate usus sum, grato semper animo meminero.

Tibi quoque ex animi sententia gratias ago vir doctissime L. J. W. SMIT, Gymnasii Silvaducensis rector aestumatissime, cuius utrum benevolentiam pluris faciam nescio an eruditionem, cuique, ut librorum Tuorum singularis pretii praestantiaeque copiam quotidie adire mihi liceret, debeo. Fierine potest, doctissime SICKING, ut Tui ingenii acuminis immemor unquam futurus sim? Quamquam ultimum Te, carissime frater, compello, ipse optime quanti Te faciam nosti: accipe hoc publicum meum grati animi testimonium.

PRAEFATIO.

Haud eadem quae Demostheni Platonique favit Thucydidi, illi rerum gestarum scriptori, fortuna contigit; illorum enim licet archetypi non tulerint aetatem, supersunt tamen libri tantae praestantiae, ut fere tantidem ac manus ipsa sint habendi; historici autem nostri opera non nisi miserrima conditione ad nos pervenerunt. Quamquam Thucydidis codices si non ponderandi essent sed numerandi, revera librorum copia inter primos noster haberi posset. Exstant enim plus triginta Thucydidis codices, qui tamen omnes volventibus annis vitiis inquinati atque emblematis contaminati sunt. Virorum sane doctorum acumen plurimis locis corruptis excogitavit medicinam atque librariorum interpolationes magna pro parte e textu eliminavit; attamen scriptor sciolorum culpa adeo penitus est pollutus, ut permultae restent lectiones, quae critici oculorum aciem eludant. Sexcenta quidem emblemata obelo notaverunt Cobetus, Herwerdenus, Stahlius, Classenus; quis autem putet scriptorem interpretamentis plane esse liberatum? Immo, hic illic eo audaciae processerunt librarii, ut vera a falsis nostra aetate discernere fere nequeamus. Lubet laudare locum mirabili modo contaminatum. Libri quinti c. 25 Thucydides tradit pacem quinquaginta annorum sex tantum annos et decem menses valuisse, deinde bellum esse renovatum. Capite 26 noster perrexisse traditur: *γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς* (sic!) *Θουκυδίδης Ἀθηναῖος, ἑξῆς ὡς ἕκαστα*

1

ἐγένετο, κατὰ θέρη καὶ χειμῶνας μέχρι οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθηναίων Λακεδαιμόνιοι κτέ. Verba *γέγραφε .... χειμῶνας* si retineamus, Thucydidem totius belli historiam chartae mandasse necesse est statuamus, cum revera scriptor substiterit in conscribenda apud Cynos Sema pugna. Quae enim Classenus hanc ut difficultatem tolleret de *γέγραφε* tradidit vera esse non credo, cum perfectum nisi de opere perfecto possit intellegi. Quod autem vir doctus provocat ad l. II c. I *γέγραπται δὲ ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγίγνετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα* — fac verba haecce a Thucydide ipso ducere originem — moneo perfectum *γέγραπται* multo majorem habere speciem quam nostrum *γέγραφε*. Opus enim Thucydidis, quale ad nos pervenit, non uno tenore chartae est mandatum, sed, ut hoc temporis puncto apud viros doctos constat, *τῶν συγγραφῶν* pars prior, continens librum primum usque ad libri quinti caput vicesimum, composita erat, antequam belli Peloponnesiaci res post annum 421 gestas enarrandi consilium iniit scriptor. Audi Kirchhoffium [1]): „Thucydides' Geschichtswerk, wie es uns dermalen überliefert ist, besteht aus zwei nicht in einem Zuge geschriebenen, sondern in einem zeitlichen, seiner Ausdehnung nach nicht näher bestimmbaren Abstande von einander entstandenen Theilen, einer Geschichte des Krieges 431—421 (1, 1—5, 20).... und einer nach 404 geschriebene Fortsetzung, sqq." Itaque cum belli decennalis historia revera a scriptore sit elaborata, *γέγραπται* solemne est perfectum neque ut opinionem Classeni amplectamur necesse est „das Perfectum (*γέγραφε*).... ist wie das *γέγραπται* 2, 1 der schriftstellerische Sprachgebrach, der im Geiste die Vollendung des unternommenen Werkes anticipiert." Ut de loco supra laudato sententiam feramus justam, praesto nobis est Dionysius Halicarnassensis qui, odio suo in scriptorem nostrum commotus, in libro *περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων* hisce verbis in Thucydidem invehitur: *πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ τὸ μὴ εἰς ἃ δεῖ κεφάλαια τετελευτηκέναι τὴν*

1) A. Kirchhoff, Thucydides und sein Urkundenmaterial pag. 176. cf. pag. 85.

ἱστορίαν. ἔτη γὰρ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι περιειληΦότος τοῦ πολέμου, πάντα τὸν χρόνον τοῦτον ἕως τῆς καταλύσεως αὐτοῦ βιώσας, μέχρι τοῦ δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ κατεβίβασεν ἔτους τὴν ἱστορίαν, τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα ναυμαχίᾳ τὴν ὀγδόην βίβλον παρεκτείνας καὶ ταῦτα προειρηκὼς ἐν τῷ πάντα περιλήψεσθαι τὰ πραχθέντα κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον· καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ βίβλῳ πάλιν συνανακεΦαλαιῶν τε τοὺς χρόνους ἀΦ' οὗ τε ἤρξατο καὶ μέχρι οὗ προελθὼν κατελύθη, ταῦτα κατὰ λέξιν γέγραΦε: „καὶ τοῖς ἀπὸ χρησμῶν τι ἰσχυρισαμένοις μόνον δὴ τοῦτο „ἐχυρῶς ξυμβάν. ἀεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου „καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε, προΦερόμενον ὑπὸ πολλῶν ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη „δέοι γενέσθαι αὐτόν. ἐπεβίων δὲ διὰ παντὸς αὐτοῦ, αἰσθανόμενός τε τῇ „ἡλικίᾳ καὶ προσέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι· καὶ ξυνέβη „μοι Φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς 'ΑμΦίπολιν στρατηγίαν, „καὶ γενομένῳ παρ' ἀμΦοτέροις τοῖς πράγμασι, καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Πελο„ποννησίων διὰ τὴν Φυγήν, καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἰσθέσθαι, „τὴν οὖν μετὰ τὰ δέκα ἔτη διαΦοράν τε καὶ ξύγχυσιν τῶν „σπονδῶν καὶ τὰ ἔπειτα ὡς ἐπολεμήθη ἐξηγήσομαι." Dionysius igitur ut scriptorem fidem non praestitisse arguat, capitis laudat finem; idcirco constet necesse est cuique, eum, si verba a me supra in crimen vocata vidisset, etiam eo fuisse provocaturum. Accedit ut capitis initii spuria natura egregie denotetur paragrapho ultima, quae non solum verba proscripta ut plane abundent causa est, sed etiam, verum scribendi Thucydidis colorem exhibens, tantum docet auctorem habuisse in animo totius belli conscribere historiam, quod autem consilium quominus sit peractum mors impedivit intempestiva. Minutioribus quae me in spuriis offendunt omissis, lectionem hunc in modum constituo: (c. 25 finis) ἔπειτα μέντοι καὶ ἀναγκασθέντας λῦσαι τὰς μετὰ τὰ δέκα ἔτη σπονδὰς αὖθις ἐς πόλεμον Φανερὸν κατέστησαν [γέγραΦε .... χειμῶνας], μέχρι οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν 'Αθηναίων Λακεδαιμόνιοι κτἑ. Ecce e pluribus locis unus, qui librariorum audacia penitus est corruptus. — Quod ad scriptoris codicum attinet pretium, in libris prioribus sex discrimen nisi pertenue est animadvertendum. Licet etiam in illis Vaticanus,

quem Bekkerus littera B insignivit, valde egregius sit habendus, i: duobus tamen posterioribus lectiones tantae praestantiae gravitatisque saepius exhibet, ut editores, reliquis exemplaribus fer neglectis, unum B in scriptura statuenda consulere soleant. Quo ut hic illic facerent viri docti etsi nil infitior justas exstare causas nihilominus opinor longius quam ex re sit in probandis Vaticani lectionibus progressos esse editores recentiores et imprimis Classenum, quem caeterum honoris causa nomino. Inde a Bekkero postquam Vaticani gloria inclaruit, tandem Classenus eo admirationis processit, ut variarum in B lectionum rationis naturaeque immemor, temerius paulo quam verius librum optimum sit secutus.

Antequam autem de Vaticani pretio in duobus libris posterioribus pro certo quid statuere licet, primo de codicis condicione et natura erit inquirendum. In dijudicanda lectionum praestantia omnino critici esse arbitror attendere utrum scripturae discrepantiae ab auctore ipso trahant originem an correctori sint tribuendae. Jam vero omnibus viris doctis, qui Vaticano cognoscendo navarunt operam, constare arbitror illius codicis libros septimum et octavum memorabiles illas lectiones exhibentes recensitos esse a viro quodam docto scriptoris nostri dicendi rationis ἐν τοῖς πρώτῳ perito. Equidem autem quamquam non modo correctum (ut Classenus censet) sed etiam, quo libri auctoritas augetur, cum exemplari quodam optimae notae collatum esse puto Vaticanum, tamen ex hac re ipsa, quod correctoris manus identidem agnoscitur, summa vigilantia apparet opus esse ne a scriptore profectum opinemur quod recensitum esse constet. Et haec ipsa res fuit in quam saepissime peccavit Classenus, qui iis quoque locis, ubi vulgata totidem quot Vaticanus oportet puncta ferat, optimo tantum libro fidem habuit, quin etiam saepius vulgatam probare recusavit, ubi B manifesto correctionem eamque infelicem praebet. Nostrum enim esse equidem puto operam dare nequaquam ut, quod scribendum fortasse esset, revera chartae mandatum esse constituamus, sed ut quam accuratissime scriptoris propriam ma-

num restituere conemur. Classeno [1]) igitur roganti: „Ist es ein „Vorwurf für die vaticanische Handschrift, dass sie aus einer „durchgreifenden Grammatiker-Recension" hervorgegangen ist?" respondere velim correctorem ob industriam culpandum saltem non esse, neque tamen eum semper esse audiendum ubi et vulgata quadret. Neque magis in solvenda quaestione, quomodo in Vaticano variarum lectionum multitudo sit explicanda, stare velim a parte Classeni qui hac de re sic disputat [2]): „Was aber diese „(i. e. Vaticani) von den Textrecensionen anderer Autoren, wie sie „einzelne Handschriften (z. B. der Clarkianus des Plato, der Pa„risinus Σ des Demosthenes, der Urbinas des Isokrates) darbieten, „unterscheidet, ist der auffallende Umstand, dass die eigentüm„liche Beschaffenheit des Vaticanus erst in dem letzten Teile des „Geschichtswerkes unverkennbar hervortritt. Mit Recht darf aus „dieser Erscheinung gefolgert werden, dass der Grund derselben „nicht in dem Urheber der Recension, sondern in der nicht über„arbeiteten Gestalt zu suchen ist, in welcher dieser Teil von dem „Verfasser selbst zurückgelassen ist". Quid enim? Non solum libro octavo memorabiles lectiones illae in Vaticano inveniuntur, verum etiam libro penultimo, quem Britannus ille Macaulajus hunc in modum laudibus extollit: „I do assure you that there is no prose „composition in the world, not even the De Corona, which I place „so high as the seventh book of Thucydides. It is the ne plus „ultra of human art." Quo modo igitur Classenus hoc de libro opinionem probabilem reddere poterit? Cum autem, ut ex annotationibus meis criticis apparebit, Vaticanum non modo correctum sed collatione quoque emendatum esse constet, nequaquam, ut libri B praestantia explicetur, Classeni opinioni subscribere nos oportet. Quamquam, ut jam supra animadverti, corrector ille, qui Vaticanum recensendum curavit, homo fuit cum in Thucydide per-

1) Cf. Class. Vorbemerkungen B. VIII pag. XXIV.
2) Cf. ibid. pag. 20.

multum versatus, tum etiam grammatica optimae graecitatis doctissimus, liberalium praeterea disciplinarum notitia praeditus, ut, praeter alia multa, geographica nomina nonnulla in B solo recte relata docent. Quia igitur haud ab interprete inscio sed a viro eruditissimo codex B est emendatus, sequitur, ut perdifficile interdum sit dictu, quid scriptori, quid correctori tribui oporteat. Attamen huic difficultati enodandae suppetit auxilium, quo viros doctos hucusque parum usos esse maxime miror.

Etenim praeter exemplaria graeca, servata nobis est Thucydidis operum interpretatio ad verbum fere latine reddita a Laurentio Valla, quem seculo decimo quinto pro virili parte litteris renatis scimus dedisse operam. Cuius de viri eruditione si quaeritur, hoc saltem apparet, Vallam, qui librum „de latini sermonis elegantia" composuerit, Graecae linguae, sane Thucydidis explicandi parum fuisse gnarum, ut, cum graeca non intellegeret, interdum in barbariem abierit interpretatio, quae invictas imperitiae et incuriae notas persaepe ostendat. Itaque alia ne urgeam, interpretis inscitiae tribuo semper fere neglecta esse minora sed paulo fortasse intellectu difficiliora vocabula qualia sunt *γέ*, *αὖ*, *δή* (cf. VII c. 14, 4. 15, 1. 28, 3 bis. 40, 2. 63, 2 VIII 57, 1. 82, 3. 84, 2, 3. 97, 2. alibi). Praetera contextus quid significaret non vidit permultis locis, quorum nonnullos, memoratu dignos, tantum sum laudaturus: VII c. 7 § 1 *μέχρι τοῦ ἐγκαρσίου τείχους* Valla: „usque ad murum simplicem. c. 7 § 3 *ὡς καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐπιμεταπεμπομένων* perperam cum sequentibus adversative conjungit. c. 41 § 4 *ἐδόκουν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι*: „peditatu vero inferiores esse". c. 43, 5 *περαίνεσθαι* i. e. perficere vertit „penetrare". c. 68 § 1 *τὸ λεγόμενον*: „quoties alibi narrabitur [1])".

Quae tamen res ipsa magnopere pro Vallae lectionum pretio

1) Errat Valla quoque VIII c. 73 § 5 in *περιεγένοντο οἱ τῶν Σαμίων πλείονες*, c. 76, § 4 in *εἰ ἐκεῖθεν ὡρμῶντο*, c. 87 § 2 in *λέγεται δὲ οὐ κατὰ ταὐτό*, c. 92 tota paragraphus quinta perverse est reddita. Alibi etiam persaepe.

facit; vix enim factum esse potest, ut Vallae, cui graecus sermo tot tantasque praebuerit difficultates, quique ex scholiis interdum discere neglexerit veram lectionem (cf. VIII c. 81 finis), arti criticae in scriptorem nostrum exercendae animum intenderit, ideoque latina Vallae interpretatio libri graeci, qui evanuit, imago ad vivum expressa est ducenda. Accuratius autem Vallae opere inspecto agnoscimus, librum, quem ante oculos habuerit, licet non vitiis vacaret, tantae fuisse praestantiae, ut ne Vaticano quidem cedat sit necesse. Quod cum ex Thucydideis studiis meis noverim, cumque praeterea Vaticanus septimo et octavo libro longe ceteris antecellat codicibus, operae pretium putabam esse Vallae interpretationem cum optimo B conferre, de utriusque praestantia inquirere, denique textum quam accuratissime constituere. Quamquam Poppo, in ceteris de Thucydide optime meritus, jam multis ante annis Vallae interpretationem conferendam esse duxit; quod tamen opus adeo ἐν παρέργῳ posuit, ut plerumque propositi immemorem fuisse dixeris virum doctum. Omnes igitur quae in B suppetunt, varias lectiones cum Vallae verbis composui; deque utriusque gravitate atque auctoritate quam potui accuratissime disputavi. Perfecto autem opere suscepto persuasum mihi est Vallae interpretationem non solum libri boni instar esse, verum etiam anteponendam Vaticano, si quaeritur de locorum numero, in quibus uterque scopum ferit. Jam opus est probare jure me censere Vaticani memorabiles lectiones magna pro parte non correctori deberi sed collatori. Annotationibus criticis inspectis pellucet Vaticanum persaepe, etiam gravioribus in rebus a Valla recedere. Itaque fieri non potest ut B et exemplar graecum, quo Valla sit usus, eodem ex fonte fluxerint; ab altera autem parte plurimis locis Vaticanum Vallae interpretationi concinentem videmus: quomodo igitur explicaveris Vaticani praestantium scripturarum copiam nisi putetis codicem B non solum recensitum esse, sed etiam collatum cum libro quodam optimae notae? Equidem revera ex praestantium Vaticani lectionum copia illa, correctori acceptum referre fere velim vocabulorum

immutatum ordinem, additum ante nomina propria articulum, adjectas saepe praeter necessitatem copulas τε et καί, verba composita saepe numero pro simplicibus temere usurpata, geographicarum rerum rectam scripturam. Cum autem, ut in annotationibus criticis docui, in lectionum diversitate multo saepius Valla veram exhibeat manum, quis est quin et in locis dubiis arbitrium penes Vallam esse existimet? In consulenda tamen interpretatione latina ad scripturam graecam constituendam res ipsa, ut maxima utamur prudentia, suadet, et idcirco imprimis permultum nos ex Vallae opere proficere posse arbitror iis locis, in quibus lectionum discrepantiae suppetunt. Lubet breviter colligere, quae ex annotationibus criticis didicisse mihi videor. Apparuit mihi 1° Vallam et Vaticanum saepenumero inter se discrepare, saepius tamen, praesertim in locis majoris momenti, sibi invicem respondere. 2° Vaticanum igitur non modo correctum esse, verum etiam aliunde, ut e collatione, praestantes scripturas petiisse. 3° in lectionis diversitate plerumque majorem speciem habere Vallam [1]), cum B magis acute quam vere interdum sit correctus. 4° in locis dubiis fere modo audiendum esse B si a Valla stabiliatur. 5° non licere in universum de scriptura in quam Vaticanus et Valla conspirent dubitare.

1) Libro octavo Classenus centum et novem lectiones e Vaticano recipere recusavit, in quibus fere omnibus Valla sinceram servavit scripturam.

LIBER SEPTIMUS.

Caput 1. § 3. Vulg. *τούς τε Ἱμεραίους ἔπεισαν ξυμπολεμεῖν.* B *τοὺς Ἱμεραίους*, jure omittens copulam, quae a Valla quoque est neglecta: „Imeraeos ad belli societatem induxerunt.". Audi Classenum [1]): „*τοὺς Ἱμεραίους* hat Vat.; die anderen Hss. *τούς τε Ἱμερ.* Allein das Verhältniss der Himeräer ist von dem der Selinuntier (denn an *καὶ τοὺς Σελ.* l. 19 müsste das *τε* sich anschliessen) so verschieden, dass zu einer engeren Verbindung zwischen beiden kein Grund ist. Dagegen ist l. 23 (§ 4) das vom Vat. gebotene *τε* bei *τοῦ Ἀρχων.* sehr wirksam, um die Vereinigung beider Gründe (*τοῦ τε Ἀρχ. τεθνηκότος-καὶ τοῦ Γυλ. δοκοῦντος ἥκειν*) hervorzuheben", ubi et Valla recte: „quod e t Archonidas .... nuper vita exces- „serat .... et .... Gylippus impigre venire e Lacedaemone vide- „batur."

Ibid. Vulg. *καὶ τοῖς ἐκ τῶν νεῶν τῶν σφετέρων ναύταις ὅσοι μὴ εἶχον ὅπλα παρασχεῖν.* B *ὅσα.* Valla vulgatae merito consentit: „et ad „praebenda suarum navium nautis q u i b u s deerant arma." Nemo praetulerit ex B *ὅσα* quod correctori tribuo. In capitis fine hos nautas Himeraeis armandos appellat scriptor *τοὺς ὡπλισμένους.*

Ibid. Vulg. *τὰς μὲν ναῦς ἀνείλκυσαν.* B *γάρ*, sine dubio vera scriptura a Valla stabilita: „naves e n i m ibidem subduxerant".

---

1) Krit. Anhang. pag. 159.

Ibid. Vulg. τοὺς Σελινουντίους πέμψαντες ἐκέλευον ἀπαντᾶν στρατιᾷ ἔς τι χωρίον, B πανστρατιᾷ ut Valla „Selinuntios praeterea jussere, „missis quibusdam, ad certum locum sibi occurrere cum omnibus „copiis." Etsi § 5 Selinuntios non πανστρατιᾷ venisse legimus, praestat nihilominus lectio libri B, quam Classenus hisce defendit: „Wenn auch die Ausführung (§ 5) dieser Forderung nicht ent„spricht, so war doch diese gewiss auf eine grössere Anstrengung „(πανστρατιᾷ) gerichtet." Accedit quod § 5 nihil ad statuendam lectionem juvat; quaestione enim in medio relicta utrum Gylippus jussisset Selinuntios sibi auxilio venire πανστρατιᾷ an στρατιᾷ, hi certe ducis mandato obsecuti non sunt, qui modo τινας ψιλοὺς καὶ ἱππέας miserunt neque igitur ne στρατιᾷ quidem ἀπαντῆσαι dici possunt.

§ 4. Vulg. .. τοῦ Γυλίππου .... προθύμως δοκοῦντος ἥκειν. B δοκοῦντος προθύμως ἥκειν. Valla „Gylippus impigre venire e Lacedae„mone videbatur."

§ 5. Vulg. καὶ ὁ μὲν Γύλιππος ἀναλαβὼν τῶν τε σφετέρων ναυτῶν. B omittit majore cum specie copulam, quae etiam apud Vallam desideratur „sumptis itaque Gylippus e suorum armatorum epi„batarumque numero, quos armaverat, ad septingentos". Cave ne temere probes particulam τε, quae etiam in B saepius sine causa, praesertim in libris septimo et octavo est addita. cf. c. 11 § 3.

Ibid. Vulg. Ἱμεραίους δὲ ὁπλίτας ψιλοὺς ξυναμφοτέρους χιλίους καὶ ἱππέας ἑκατὸν καὶ Σελινουντίων τινὰς ψιλοὺς καὶ ἱππέας. B .... ὁπλίτας καὶ ψιλοὺς .... καὶ Σελινουντίων τέ τινας. Vaticano tollenti barbariem ὁπλίτας ψιλοὺς haud dissentit Valla „et Imeraeorum „tam levis quam non levis armaturae." Copulam autem τε ante τινας modo in B expressam Valla omisit neque causa cur addatur mihi pellucet.

Caput 2 § 3. Vulg. ὁ δέ γε τὰ τότε, B ὁ δέ γε τὰ τότε τι. Non nisi misera lectionis rudera in libris superesse quis est qui non videat? Vallae editio a Stephano recognita praebet „ille quum in

„ipso itinere Jegas Siculorum murum expugnasset" quae verba proprie apud Vallam audisse contendit Poppo, me judice non plane certa asseverans (cf. Praef. p. 2), „in ipso transitu Siculorum „Gega et muro expugnato." Utcumque autem haec res se habet, verae manus vestigia in Vallae versione servata sunt; vocabulum enim Ἴετας, quod sine dubio est restituendum, si expressum est literis majusculis, ἸΕΤΑΣ, parum discrepat ab ἸΕΓΑΣ vel ΓΕΓΑΣ.

Ibid. Vulg. ἀφικνεῖται ἐς τὰς Ἐπιπολάς, B πρὸς quod fortasse praestat. Valla: „contendit ad Epipolas."

§ 4 Vulg. ἔτυχε .... ἐλθὼν, B ἐτύγχανε .... ἐλθὼν non ex Thucydidis usu dictum. Valla nihil nos docet neque tribus eiusdem paragraphi locis aliis ubi pro κατὰ τοῦτο καιροῦ B legit κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ (rectius) et pro ἐκετετέλεστο .... κατὰ βραχύ τι variam lectionem haud necessariam exhibet ἀπετετέλεστο .... παρὰ βραχύ τι.

Caput 3 § 1. Vulg. κήρυκα προπέμπει αὐτοῖς λέγοντα, B προσπέμπει. Valla „Ad quos .... caduceatorem praemittit." Cum προπέμπειν tum προσπέμπειν in locis qualis est noster a scriptore usurpantur [1]). Quin etiam hic προπέμπειν significantius dictum esse puto: Gylippus primo legatum cum mandatis praemittit ad Athenienses καὶ μετὰ τοῦτο ἀντιπαρεσκευάζοντο ἀλλήλοις ὡς ἐς μάχην (§ 2).

Ibid. Vulg. ἐξιέναι ἐκ τῆς Σικελίας, B praepositionem omitttit. Valla „Sicilia discedere" desiderat in versione ἐκ, quod de industria factum sit oportet. Alibi enim in locis gemellis praepositionem expressit [2]). Etsi igitur magis adducimur ut vulgatam praestare credamus, tamen, quia Valla consulto ἐκ neglexit, in promptu est putare scriptorem re vera Vaticani dedisse lectionem.

§ 3. Vulg. ἡσύχαζε πρὸς τῷ ἑαυτοῦ τείχει, B ἑαυτῶν. Valla: „quietos (suos Nicias) sub muro castrorum tenuit" pronomem non reddens. Verbum ἡσυχάζειν si sumas neutrum, scribendum est

---

1) Cf. 1, 29, 1. 8, 79, 3. 3, 52, 2. 4, 114, 1.
2) 1 1103, 1. 2, 57, 1. 4, 48, 1. 114, 1. 6, 66, 3.

ἑαυτοῦ, transitivam autem significationem si intellegis, praestat Vaticanus.

§ 4. Vulg. τῷ λιμένι, B τῷ μεγάλῳ λιμένι. Valla: „in portum *magnum*". Quia Valla „magnum" litteris expressit cursivis, sequitur, ni fallor, ut vocabulum illud ab eo suo marte esse additum credamus. Quod in B μεγάλῳ superest, nequaquam hinc statuendum est optimum librum propriam Thucydidis manum referre; equidem potius μεγάλῳ tribuerim correctori, qui Scholion consuluit. Revera de majore modo portu sermonem esse posse docent 6, 102, 3. 7, 4, 4.

Cap. 4 § 4. Vulg. ἐπαγωγὰς ποιήσεσθαι. B ἐπαναγωγάς. Ex Valla nihil liquet.

§ 5. Vulg. τὰ πλοῖα ἤδη ἐκεῖ τὰ μεγάλα ὥρμει καὶ αἱ ταχεῖαι νῆες, recte, ut Valla quoque: „naves magnae pariter ac veloces jam in statione agebant." B ὡρμίζετο quod Poppo, qui in auctore nostro cognoscendo mirabili studio est versatus, hisce refellit: „Vat. et H ὡρμίζετο, aptius hic est *in statione manere*, quod superiori ἐφορμεῖν et antecedenti ἔκειτο respondet, quam *appelli*, *intrare stationem*".

§ 6. Vulg. διεφθείροντο, B οἱ πολλοὶ διεφθείροντο, quod a Valla stabilitur: „plerique conficiebantur". Classenus miro modo variam lectionem neglexit; Poppo [1]) autem negat οἱ πολλοὶ genuina esse verba: „At non omnes nautas periisse, sicut ne exierunt quidem omnes lignatum, etiamsi non claris verbis dicitur, ex natura rei facile intelligitur, ut tali additamento libenter careamus". Quam Popponis opinionem probarem, si οἱ πολλοὶ indicaret non omnes nautas periisse, quod tamen verum non est. Verba οἱ πολλοὶ longe aliam significationem praebent sententiae: quoties lignatum nautae prodibant, non pauci sed majore pro parte ab hostibus interficiebantur, quapropter scriptor jure docet inde ab hoc tempore prae-

1) Popponis pars II vol. I pag. 43.

cipue classiariorum militum jacturam esse factam: ὥστε καὶ τῶν πληρωμάτων οὐχ ἥκιστα τότε πρῶτον κάκωσις ἐγένετο.

Ibid. Vulg. et B ἵνα μὴ κακουργήσαντες ἐξίοιεν. Valla: „ad ipsos infestandos". Legit igitur, ut jam Stephanus animadvertit, κακουργήσοντες, quod unice est verum.

Caput 5 § 1 ἐτείχιζε, B διετείχιζε, Valla: „murum exstruit". Recte cf. c. 4 § 1. Classenus de B sic: „διετείχιζε, wie Vat. liest, beruht wohl nur auf einem Schreibfehler". Equidem de librarii menda calami non cogito; liber enim septimus ut etiam octavus in B correcti permultis locis sunt ab homine quodam artis criticae haud ignaro, sed qui saepius, nimis accuratus cum velit esse, linguam offendit. Sic nostro loco mihi persuasum est correctorem per διατειχίζειν indicare voluisse Gylippum murum ad finem usque exstruxisse, quae tamen vis in verbo composito non inest [1]).

§ 2 Vulg. Γυλίππῳ, B addit articulum.

§ 3 Vulg. ὁ Γύλιππος, B ὁ μὲν Γ.

§ 4 Vulg. εἰ μὴ ἀξιώσουσι .... ἐξελάσασθαι ἐκ τῆς χώρας, B ἐξελάσεσθαι. Valla liberius quam ut de eius scriptura quid statuere liceat: „non committendum esse quin Iones et insulanos et homines advenas e regione depellerent". Ut supra § 1 et hic ἐξελάσεσθαι originem petit a correctore, qui cum de re futura sermo sit, aoristum injuria in futurum mutavit, neque Classenus, Vaticani fautor vel maximus, variam lectionem tueri potuit, monitus gemellis locis, 1, 74, 2. 132, 2. 3, 39, 3. 40, 5. 7, 63, 4.

Caput 6 § 1 μάχεσθαι, B ἀμύνεσθαι, quod pro sincera scriptoris manu posuit corrector ad varietatem orationis efficiendam. Valla facit cum vulgata: „debellarunt", quamquam pellucet eum graeca non intellexisse: „qui si accessisset, faceret ut Syracusani non

---

1) cf. c. 6. § 1 et de διατειχίζειν c. 26 § 4.

jam oppugnarentur, sed oppugnarent, planeque vincerent ac debellarent".

Ibid. Vulg. εἶναι σφίσι, B σφίσιν εἶναι.

§ 3. Vulg. καὶ δι' αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα .... κατηράχθη. B διὰ τοῦτο quod refert Valla „ex quo factum est", quodque Stahlius vulgatae praestare censet.

Caput 7 § 1. Vulg. Ἐρασινίδης vera scriptura, a Valla probata: „Erasinides". Mira codicis B varia lectio Θρασωνίδης nequaquam est recipienda.

§ 3. Vulg. πεζικὴν, B recte πεζὴν.

Caput 8 § 1. Vulg. ἢν μὴ .... μεταπέμψουσιν, B εἰ μὴ .... μεταπέμψωσι. Praeter dubium scribamus oportet εἰ μὴ .... μεταπέμψουσι. Valla: „nisi aut ipsi revocarentur".

§ 2. Vulg. κατὰ τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν. B ante τοῦ inserit articulum τὴν post genitivum parum necessarium.

Ibid. Vulg. ἢ καὶ γνώμης ἐλλιπεῖς γιγνόμενοι, B μνήμης. Ecce exemplum egregium, quo codicis B praestantia apparet; vulgatae γνώμης plane vacat sensu, μνήμης autem quin solum verum sit dubitare non licet. Vaticano concinit Valla: „veritus ne eos me- „moria mandatorum deficeret".

Ibid. Vulg. μάλιστα, recte, sic Valla: „praecipue". B μόλις.

§ 3. Vulg. ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ἤδη ἔχων ἤδη ἑκουσίων κινδύνων ἐπεμέλετο, B μᾶλλον ἤδη ἔχων ἢ δι'. Valla: „Interea Niciae rem castrensem custodire majori jam curae erat „quam voluntaria pericula adire". Quae Vallae interpretatio mirabili cura auctoris reddit manum, quae, Vaticano libro nondum collato, alta premebatur caligine. Legeritne Valla τά, quod in B injuria abest, necne, etsi nihil pro certo dicere licet, tamen versione latina bene perpensa potius affirmaveris quam infitiatus sis. Si quis de Vaticani libri ut etiam de Vallae interpretationis praestantia dubitat, moneo apud Dionem Cass. loci nostri vestigia

esse servata pag. 516, 58: ἀλλ' αὐτοί τε διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἢ διὰ κινδύνων τὸ στρατόπεδον ἐποιοῦντο.

Caput 9. Vulg. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα, B addit τοῦτο, quod vidit Valla: „atque haec aestas excessit".

Caput 10. Vulg. εἴ τίς τι ἠρώτα ἀπεκρίνοντο, B ἐπηρώτα. Valla, qui neglegentius vertit, nihil nos certiores facit. Utraque lectio ferri potest, etsi verbum compositum significantius est dictum.

Caput 11 § 1. Vulg. ἐν ἄλλαις πολλαῖς ἐπιστολαῖς, B ἐν ἄλλαις ἐπιστολαῖς. Valla: „ex superioribus epistolis nostris". Cum Vaticano et Valla facio in omittenda voce πολλαῖς, quam librario tribuo, qui, memoria tenens c. 8 ἀγγέλλων πολλάκις καὶ ἄλλοτε, inseruit emblema, jam turpi homoeoteleuto damnatum. Si monuero cum codicem Parisinum, qui in optimis libris est habendus, tum Vallam omittere πολλαῖς, non credo levitatis me esse accusandum, qui vulgatae fidem non habeam.

§ 2. Vulg. ἐκ Πελοποννήσου καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων, B post ἐκ inserit τε; omittit autem ἀπό, quod utrum addendum sit necne non constat. Valla τε non expressit: „Advenit Gylippus .... cum „exercitu ex Peloponneso et ex quibusdam Siciliensium civitatum". Copula igitur invenitur in B solo, qui saepius hac in re ab aliis discrepat, quod temere addit τε, ut jam Poppo in arte critica sua [1]) docuit, ubi Bekkerum, servili fere modo Vaticanum imitantem, hisce vituperat verbis: „Saepius etiam Vat. et H. (i. e. Parisinum) solos secutus est, velut frequenter in addita particula τέ, quam hi libri vehementer amant, quamque ex iis inseruit, VII c. 1 (bis) c. 11. c. 18. c. 20. c. 25. c. 29. c. 33. c. 38 al." Qua in re postquam in prioribus quinquaginta huius septimi libri capitibus

1) Popponis pars II vol. I pag. 133.

Vallam examinavi, mihi apparuit, eum ubicumque particulam sententia flagitet, latino sermone τε reddidisse [1]).

§ 3. Vulg. ὥστε μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐτούς; sic et Valla: „ut jam eos circumvallare nequeamus", B μὴ δυνατὸν εἶναι; plane insulse additum δυνατόν, et idcirco a nullo interprete receptum, documento est nimiae diligentiae correctoris, qui semel iterumque, sanare cum velit, optimi libri auctoritatem infringat.

Caput 12 § 2. Vulg. τῷ τε πεζῷ ἅμα τῶν τειχῶν ἡμῶν πειρᾶν καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ θάλασσαν. Valla: „adoriri nostras munitiones peditatu a terra pariter et classe a mari". Hoc loco τε significanter expressum neglexit Vaticanus, me judice propter sequens ἅμα, attamen perperam. Contra, sine justa causa addidit particulam § 4 in τῷ τε πλήθει, ubi vulgatam sequamur oportet et Vallam: „quod adversariae (naves) nostris numero pares sunt."

§ 4. Vulg. καὶ ὅτι πλείους τὰς τῶν πολεμίων οὔσας B ἔτι. Valla: „atque etiam plures". Vaticani libri et Vallae praestantia pellucet; soli enim monstrum ὅτι — οὔσας in veram scriptoris manum convertunt.

§ 5. Vulg. Φανεραὶ δ' εἰσὶν ἀποπειρώμεναι. B ἀναπειρώμεναι. Valla nihil docet.

Ibid. Vulg. κἀποξηρᾶναι. B καὶ τὸ ξηρᾶναι e crasi ortum, ut vidit Stahlius.

Caput 13. § 2. τῶν ναυτῶν μὲν διὰ Φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν μακρὰν καὶ ὑδρείαν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων. B .... διὰ Φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν καὶ ὑδρείαν μακρὰν κτέ. Valla: „quum lignatum, quum aquatum, quum aliquid praedatum longius eunt, ab hostili equitatu

---

1) c. 1, 1, 2, 3. c. 2, 2. c. 4, 5. c. 6, 4. c. 10, 1. c. 12, 2, 3. c. 13, 2. c. 14 2. c. 16, 1. c. 17, 1. c. 18, 2, 7. c. 21, 5. c. 24, 3. c. 25, 6. c. 26, 1. c. 27, 4, 5 (bis). c. 28, 4. c. 29, 4, 5. c. 34, 2, 7. c. 36, 2. c. 37, 1. c. 39, 1. c. 42, 1, 5. c. 43, 1. c. 44, 4 c. 47, 1 (bis). c. 47, 2 (bis) c. 49, 2 (bis) c. 50, 3, 4.

confecti. Valla igitur legit διὰ Φρυγανισμὸν καὶ ὑδρείαν καὶ ἁρπαγὴν μακράν. Qui verborum ordo quamquam omnino non displicet, res tamen minoris est momenti utrum substantivorum seriem hunc in modum disponamus necne [1]; quid statuendum nobis sit de μακράν videamus. Classenus sic disputat: „μακράν adv. zu ἀπολλυμένων (entfernt von ihren Standquartieren) und daher allein richtig mit dem Vat. nach ὑδρείαν (nicht nach ἁρπαγήν) gestellt" i. e. post substantivorum seriem ne de adjectivo cogitaveris. Omnino concedo viro docto, ut etiam Vallae „longius eant" docet, μακράν esse adverbium, non modo cum „praedatum" sed etiam cum „lignatum" et „aquatum" conjungendum. Quod autem Classenus perhibet μακράν ad ἀπολλυμένων referri debere, nihil credo. Quid enim interest utrum nautae procul a castris interficerentur an minus? Equidem opinor μακράν respicere ad notionem verbalem, quae inest in Φρυγανισμός, ἁρπαγή, ὑδρεία, quibus respondent verba Φρυγανίζεσθαι, ἁρπάζειν, ὑδρεύεσθαι.

Ibid. Vulg. εἰσὶ δ' οἳ καὶ αὐτοῦ ἐμπορευόμενοι. B αὐτοί. Valla: „quidam etiam mancipia Hyccarica mercati, persuasis trierarchis ut illa pro se substituant, disciplinam rei militaris evertunt". Liberius vertit, quam ut eius lectionem discamus. Sententiam autem Vallae codicum lectioni anteponerem, dummodo ἐμπορεύεσθαι significaret „mercari"; αὐτοὶ ἐμπορευόμενοι non nisi insulsius explicari posse mihi videtur.

Caput 14 § 3. Vulg. διαπολεμήσεται .... ὁ πόλεμος. B διαπεπολεμήσεται .... ὁ πόλεμος. Valla: „debellatum est", quod futurum secundum potest referre, futurum autem primum minime. Haud fere opus est animadvertere B veram scripturam reddere. Dixerim Vallam non vidisse πόλεμος, a Kruegero proscriptum.

---

1) cf. Valla c. 14 § 2 in τά τε ὄντα καὶ ἀπαναλισκόμενα: „sed necesse est nobis illinc sumere unde quando huc venimus, et quae absumpta sunt, et quae supersunt, sumpsimus.

§ 4. Vulg. εἰ δεῖ σαφῶς ὑμᾶς εἰδότας τἀνθάδε βουλεύσασθαι. In B abest ὑμᾶς, quo etsi libenter caremus, tamen num scriptor ipse vocem omiserit, dubito. Valla: „si modo decet vos rebus nostris aperte cognitis deliberare".

Caput 15 § 1. Vulg. ἐπειδὴ .... ἐκ Πελοποννήσου ἄλλη στρατιὰ προσδόκιμος αὐτοῖς, βουλεύεσθε. B .... προσδόκιμος, αὐτοὶ βουλεύσασθε. Valla: „quum alius e Peloponneso exercitus exspectetur, decernatis". Ex hisce nihil lucramur. Quod ad variam lectionem attinet, anceps haereo. Cuius enim est decernere nisi Atheniensium?

Ibid. Vulg. ἐμοὶ δὲ διάδοχόν τινα B τέ recte, et Valla: „et mihi successorem". Vaticani copula magis ex scriptoris est usu post priora mandata ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάσσω ἐπιπέμπειν καὶ πεζὴν καὶ ναυτικήν, καὶ χρήματα μὴ ὀλίγα.

Caput 16 § 1. Vulg. στρατιὰν δ' ἄλλην ἐψηφίσαντο πέμπειν καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικήν. B .... ἐπεψηφίσαντο πέμπειν ναυτικὴν καὶ πεζήν. Utrum tollatur an addatur prius καὶ parum interest modo scribamus πεζὴν cum B in quo verbum compositum ἐπεψηφίσαντο, parum ab antiquis scriptoribus stabilitum, certo certius relinquendum est correctori [1]). Valla: „alium quoque exercitum censuere mittendum nauticarum pedestriumque copiarum".

§ 2. Vulg. καὶ τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα .... ἀποπέμπουσιν ἐς τὴν Σικελίαν μετὰ δέκα νεῶν, ἄγοντα εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου. Valla autem: „Quem Eurymedontem demisere cum navibus decem, cumque centum viginti talentis argenti." Vulgatam, cui concinit Vaticanus, verum numerum referre non posse apud omnes constat. Utcumque res se habet, Valla proprius veritati accedit et quominus Eurymedontem — ut Herwerdenus jure mihi videtur opinari — cum centum et viginti talentis in Siciliam missum esse statuamus, nihil

1 conf. praef. pag. VIII.

impedit, praesertim cum Parisinus codex, optimae notae liber, si saltem Poppo vera narrat, etiam servaverit εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

Caput 17 § 3. Vulg. οἱ γὰρ Κορίνθιοι, ὥς οἵ τε πρέσβεις αὐτοῖς ἧκον, B copulam omittit et αὐτοῖς post ὡς tradit. Valla: „Nam Corinthii posteaquam ad eos venerunt legati", cum Vaticano jure desiderat τε, quod non habet quo spectet. Ordinem verborum si examinaveris, eum quoque cum B αὐτοῖς suo loco legisse fere dixeris.

Ibid. Vulg. ἀποστελοῦντος ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ. B ἐς τὴν Σικελίαν, Valla: „ad mittendas eodem armatorum copias". Recte cum B legit ἐς τὴν Σ., ut apparet ex adverbio „eodem" quo usus est, ne nomen proprium, paulo supra jam usurpatum, iteraretur.

Caput 18 § 1. Vulg. μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον. Valla jure cum vulgata juxta τειχίζειν praesens ἀνιέναι exhibere videtur: „Alcibiade.... admonente Deceleam muro obsepiendum esse, nec bellum omittendum". B ἀνεῖναι.

§ 2. B ὅτι τ' ἐς Πλάταιαν ἦλθον Θηβαῖοι. Valla cum vulgata omittit particulam, quae plane abundat.

Ibid. Vulg. εἴ τις ἄλλη αὐτοῖς γένοιτο, B ἐγεγένοιτο. Utraque lectio falsa. Restituendum videtur cum Herwerdeno ἐγεγένητο.

§ 3. Vulg. ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ὁρμώμενοι, B solus recte post ναυσὶν inserit ἐξ Ἄργους. Valla: „at postquam Athenienses ex agro profecti". Ecce pulcrum exemplum cum Vallae libri praestantiae tum interpretis ipsius inscitiae vel potius negligentiae. Dubium enim non est quin ἐξ Ἄργους legens mendose verterit ἐξ ἀγροῦ!

Ibid. Vulg. Ἐπιδαύρου τι; sic quoque Valla. Vaticanus praeter necessitatem τέ τι. cf. c. 11 § 2.

Ibid. Vulg. ἐλῃστεύοντο. B ἐλῄστευον ex scriptoris usu dictum.

Caput 19. Vulg. ἀπέχει δ' ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, παραπλήσιον δ' οὐ πολλῷ πλέον καὶ ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. B .... παραπλήσιον δὲ καὶ οὐ πολλῷ

πλέον καὶ ἐπὶ τῆς Βοιωτίας. Valla: „tantundem aut non multo plus a Boeotia", Vallae interpretatio quanti sit aestimanda, pluribus in rebus apparet. Primo legit παραπλήσιον δὲ ἢ οὐ πολλῷ πλέον, ut jam Reiskius de conjectura est assecutus. Deinde omittit alterum καὶ ante ἐπί, quod Herwerdenus male abundare docet. Denique pro insulso ἐπὶ tradit ἀπό, ut lectio hoc modo sit restituenda: παραπλήσιον δ' ἢ οὐ πολλῷ πλέον ἀπὸ τῆς Βοιωτίας.

§ 3. Vulg. ἑξακοσίους ὁπλίτας ut Valla: „numero sexcentos". B ἐς ἑξακοσίους ὁ. Quid legendum sit, nescimus. Poppo annotat: „Vat. ἐς ἑξακοσίους, sed ἐς ante ἑξ. in uno libro facili errore librarii oriri potuit".

§ 4. Vulg. ἐξ αὐτῆς Κορίνθου B ἀπ'. Valla: „ex ipsa Corintho".

§ 5. Vulg. ἕωσπερ οὗτοι οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν B. αὐτοῖς οὗτοι. Incerta est lectio. Valla: „dum illa quae armatos e Peloponneso portabant onerariae jam transisissent". In latino autem sermone vix locus est voci αὐτοῖς, neque paulo infra e Vallae interpretamento „prius" cognosci potest videritne τὸ πρότερον an τὸ πρῶτον.

Caput 20 § 1. Vulg. Δεκελείας. B τῆς Δ.
Ibid. Vulg. περὶ Πελοπόννησον. B περί τε Π. Valla omittit copulam.

Caput 21 § 3. Vulg. λέγων οὐδ' ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδ' ἀΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ' ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακοσίων ὄντας καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων ναυτικοὺς γενέσθαι. Valla: „sed mediterraneos esse magis quam Syracusanos sqq.". B omittit ἀλλ'. Non tanta cum voluptate, quanta Classenus, accipio Vaticani lectionem; cuius concinnitas licet primo obtutu arrideat, diligentius tamen omnibus perpensis animadvertere mihi videor, ἀλλ' si uncinis includitur, participia ὄντας et ἀναγκασθέντας non per καί, sed per conjunctionem adversativam ἀλλὰ esse conjungenda; quae difficultas in vulgata non extat.

§ 4. Vulg. καὶ Συρακοσίους εὖ εἰδέναι ἔφη .... πλέον διὰ τὸ τοι-

οὗτον ἐκπλαγέντων αὐτῶν περιεσομένους. B πλέον τι διὰ .... περιγενησομένους, eleganter sane. Reapse e latinis Vallae nihil lucramur unde, sitne Vaticani lectio correctio an vera manus, dignoscere possumus: „Seque dicebat probe nosse Syracusanos .... ex hac re illis inopinata terrorem incutiendo, magis profecturos".

§ 5. Vulg. τοῦ τε Γυλίππου καὶ τοῦ Ἑρμοκράτους. B alterum τοῦ jure omittere videtur.

Caput 22 § 1. Vulg. et B αἱ δὲ τριήρεις .... καὶ περιέπλεον. Valla solus, ut jam Stahlius animadvertit, odiosum καὶ omisit.

Caput 23 § 4. Vulg. et B καὶ ἕνδεκα μὲν ναῦς .... κατέδυσαν. Valla, nescio quo modo, vertit „decem depressit"; fieri potest ut inusitato litterarum complexu ΚΑΙΙΑ in errorem sit inductus.

Caput 24 § 2. Vulg. τριηράρχων, B addit articulum.

§ 3. Vulg. μέγιστον δὲ καί, B τέ. Quod ad copulam, a Valla neglectam, attinet, videas c. 11 § 2.

Ibid. Vulg. τὸ στράτευμα, B injuria τὸ omittit, ut etiam paulo infra in οἱ Συρακόσιοι.

Caput 25 § 1. Vulg. οἵπερ τὰ σφέτερα φράσωσιν, B ὅπως τά τε σφέτερα φράσωσιν, quod praestare videtur. Ex Valla nihil certi discimus: „ad edocenda quae apud ipsos gesta essent".

Ibid. Vulg. ἔπλευσαν recte. B ἔπλεον.

Ibid. Vulg. πλοῖα .... γέμοντα χρημάτων. B πλοῖα .... χρημάτων γέμοντα, elegantius fortasse dictum.

§ 9. Vulg. διαπολεμησόμενον. B διαπεπολεμησόμενον. Veram multoque graviorem Vaticani lectionem probat Valla: „debellatum fore".

Caput 26 § 2. Vulg. καὶ λῃσταὶ ἐξ αὐτοῦ .... ἁρπαγὴν ποιῶνται, B καὶ ἅμα λῃσταί. Valla: „et unde latrones praedatum irent." Neque Valla neque quisquam alius liber exhibet Vaticani ἅμα, qua de

voce Poppo[1]) sic: „VII c. 26. ex Vat. et Par (?) inter *καὶ* et *λῃσταὶ* interposuit *ἅμα*, quod, ut non difficulter excidere, ita correctoribus, qui hos libros non raro interpolarunt, elegantiae et perspicuitatis causa addi poterat". Accedit, quod praecedens *τε* talem reddit significationem conjunctionis *καί*, ut *ἅμα* plane supervacet.

§ 3. Vulg. *ἐπέπλει ἐπὶ τῆς Κορκύρας*, B *ἐπιπαρέπλει*[2]). Legendum est *παρέπλει*. Valla: „trajecit in Corcyram".

Ibid. Vulg. *ὁ δὲ Χαρικλῆς περιμείνας, ὡς τὸ χωρίον ἐξετείχισε*, B *ἕως* unice verum; sic Valla quoque: „at Charicles, usquedum murus loco circumdaretur, permansit."

Caput 27 § 1. Vulg. *τῶν Θρᾳκῶν*, B omittit articulum.

Ibid. Vulg. *ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ*. Vat. *τοῦ αὐτοῦ θέρους τούτου*. Utraque lectio quadrat. Valla: „Hac eadem aestate".

§ 2. Vulg. *δραχμὴν γὰρ τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν*, B. *ἑκάστης ἐλάμβανον*. Valla: „namque horum singuli quotidie singulas drachmas accipiebant". Necessarium fere numerum pluralem *ἐλάμβανον* libenter recipiemus; quod autem ad variam lectionem *ἑκάστης* attinet, hac in re a Vaticano recedere malim cum Poppone: „Vat. male *ἑκάστης ἡμέρας ἐλάμβανον*, tanquam cuncti unam drachmam accepissent". Valla haud dubie refert *ἕκαστος*.

§ 3. Vulg. *ὕστερον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιούσαις τῇ χώρᾳ ἐπῳκεῖτο*, B *ἀπό* et *ἐπιουσῶν*. Omnino *ἐπιούσαις* praestat genitivo Vaticani, in quo tamen simplicius et verius legitur *ἀπό*, quod pendet e participio *ἐπιούσαις*. Valla subobscurius: „nam postea certo temporum spatio praesidiis civitatum invicem succedentibus insessa est".

§ 4. Vulg. *τῆς ἴσης φρουρᾶς καταθεούσης τε τὴν χώραν καὶ* . . . , B . . . . *καὶ καταθεούσης τε* . . . . , in quibus perverse additur *καί*, quod sententiae tenorem perturbat neque apud Vallam invenitur.

---

1) de Arte critica Poppo. pars II. vol. I pag. 133.

2) conf. praef. pag. VIII.

§ 5. Vulg. *καὶ τούτων πολὺ μέρος χειροτέχναι*, quam lectionem Classenus quoque recepit, quamquam Vaticanum hanc scripturam exhibere false arbitratur. B enim *τὸ πολὺ μέρος*, quod et Classenus refellit et ante eum jam Poppo [1]): „.... articulum ante *πολὺ μέρος* addidit, licet, cur ibi potius *maxima*, quam *magna pars* dicendum sit, animo non concipiamus". Valla recte: „eaque manuarias artes magna ex parte factitantia".

Ibid. Vulg. *πάντα ἀπολώλει*, B *ἀπωλώλει πάντα*, qui verborum ordo arridet; forma autem verbi, *ἀπωλώλει*, corrupta est.

Ibid. Vulg. *καὶ ὑποζύγια*, B *ζεύγη*. Utrumque placet.

Caput 28 § 1. Pro *κατὰ γῆν* omnes libri exhibent *κατὰ γῆς*, quae verba Herwerdenus proscripsit neque Valla rettulit: „Etiam commentus qui prius ex Euboea per Deceleam breviore via subvehebatur sqq.".

§ 2. Vulg. *τὴν δὲ νύκτα καὶ ξύμπαντες πλὴν τῶν ἱππέων οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους .... ἐταλαιπωροῦντο.* B *πού*. Valla: „Atheniensibus interdiu per vices ad pinnas murorum excubantibus, noctu omnibus, praeter equites. Ita alii sub armis, alii super muros .... conficiebantur". Valla, qui perperam interpungit, nihil nos docet. Equidem optimo libro fidem habiturus sum, si quis probaverit mihi *ὅπλα* significare posse „statio" vel „praesidia" (i. e. wachtpost); „castra" enim, quo sensu invenitur *ὅπλα* 1, 111, 1. 3, 1, 1. 6, 64, 3.; non quadrat". Quod nisi ita est, *ἐφ' ὅπλοις που* (hic illic) pugnare videtur cum rerum statu Athenis, quae urbs non hic illic custodiebatur, sed *ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη* (§ 1). Fortasse rem acu tetigit Kruegerus, qui de locutione *νύκτα ποιεῖσθαι* sic: „doch ist vielleicht *νύκτα ποιεῖσθαι*, eine Nacht hinbringen, nicht unstatthaft". Quod si verum est, *πού* libri B correctori est relinquendum.

§ 3. Vulg. *καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι* (*Ἀθηναίους*) *τοῖς Ἕλλησι*

---

1) cf. Poppo. pars II. vol. I pag. 134.

τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης, ὅσον κατ' ἀρχὰς τοῦ πολέμου οἱ μὲν ἐνιαυτόν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τριῶν γε ἐτῶν, οὐδεὶς πλείω χρόνον ἐνόμιζον περιοίσειν αὐτοὺς .... ὥστε κτέ., B οὐ δ' εἷς, certe depravatum ex οὐδ' εἷς. Valla „nemo diutius". Herwerdenus, qui [1]) proposuit οὐ δή, sitne sequendus necne, pro certo non affirmo. Aliam ob causam animum hunc ad locum adverto. Si cui etiam dubium erit, utrum Vaticanus, quod ad septimum octavumque attinet librum, codici cuidam optimae notae tam egregias identidem lectiones debeat, an correctoris, nequaquam linguae nostrique auctoris scribendi rationis imperiti, ingenio multis mendis, quae in reliquis libris nos offendant, sit liberatus, hoc nostro exemplo monitus sententiam opinionemque confirmare poterit. Etenim quis est, quin in οὐδ' εἷς statim perspiciat correctorem, navantem operam, ut scriptorem quam elegantissime opus suum confecisse decernamus? Saepius tamen vir ille criticus speciosius quam verius textum emendavit, ut hic majore cum emphasi οὐδ' εἷς licet sit dictum, tali scriptura opus tamen non est.

Classenum, qui contra ὥστε scrupulos movit, admonitum esse velim vocem hanc referri debere ad τοσοῦτον.

Ibid. Vulg. et B ἤδη τῷ πολέμῳ .... τετρυχωμένοι. Valla „jam eodem bello exhausti". Sic etiam Parisinus: ἤδη τῷ αὐτῷ πολέμῳ .... τ.

§ 4. Vulg. ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. B ex scholio κατά, quod praeter Classenum nemo recepit. Valla: „per id tempus".

Caput 29 § 1. Vulg. ἤν τι δύνωνται, B δύνηται. Valla: „si quid posset". Cum multo aptius ad Diitrephen quam ad Thraces milites referatur verbum, praestat haud dubie δύνηται, quod etiam probatur verbis ἀπ' αὐτῶν, quae non quadrarent juxta pluralem δύνωνται.

§ 2. Vulg. ἐς τὴν Ταναγραίαν, B post ἐς inserit τε, quod non est apud Vallam. cf. c. 11 § 2.

Ibid. Vulg. διέπλευσε τὸν Εὔριπον, B διαπλεύσας. Valla: „Sub

---

1) Mnemos. VIII 297.

vesperum e Chalcidice Euboeae trajecit Euripum". Finitum verbum et interpunctio plenior faciunt, ut Vallam vidisse statuamus διέπλευσε, quod in B propter sequens ἀποβιβάσας haud feliciter a correctore in participium mutatum est.

§ 3. Vulg. ηὐλίζετο, B ηὐλίσατο, rectius et ex usu scriptoris dictum; sic et Valla: „subsedit ante Mercurii fanum".

Ibid. Vulg. ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ πόλει προσέκειτο οὔσῃ μεγάλῃ, B οὔσῃ οὐ μεγάλῃ. Valla: „eamque etsi māgnam". Valla negationem non vidit, quapropter participium, ut animadvertit Poppo, per „etsi" solvit. Imprimis Straboni [1]), qui Mycalessum appellat κώμην τῆς Ταναγρικῆς, cedere Vulgatam oportet. Quamquam restat difficultas Vaticano a Goellero objecta: „Quum rationes hic reddantur, cur tam facile capi urbs potuerit, illud (i. e. vulgata) utique verum videtur".

Ibid. Vulg. καὶ αἱρεῖ .... ἐπιπεσὼν .... ἀπροσδοκήτοις μὴ ἄν ποτέ τινα σφίσιν ἀπὸ θαλάσσης τοσοῦτον ἐπαναβάντα(ς) ἐπιθέσθαι, B .... τινας .... ἐπαναβάντας ἐπιθέσθαι. Vaticanum, quem omnes fere viri docti sunt secuti, etiam Valla tuetur: „et nihil minus quam aliquos unquam a mari tantum facinus ausuros suspicantes".

§ 4. Vulg. παῖδας καὶ γυναῖκας, Valla „puerosque ac feminas". B γυναῖκας καὶ παῖδας.

Ibid. Vulg. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, B altero τό caret.

§ 5. Vulg. ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες, recte; B ἐσεληλυθότες οἱ παῖδες. Valla: „iam enim Scholam introierant".

Ibid. Vulg. ξυμφορὰ .... αὕτη recte, ut Valla: „quae clades". B αὐτῆι.

Caput 30 § 2. Vulg. τῶν τε ἐν τοῖς πλοίοις, ὡς ἑώρων τὰ ἐν τῇ γῇ, B et H τὴν φυγήν. Valla „visa suorum fuga". Hic etsi cum B et H τὴν φυγὴν tuetur, nihilominus a vulgata non recedam; multo enim facilius τὴν φυγήν, quomodo ortum sit, intelligo quam in-

---

1) Strabo. pag. 404.

vicem. Equidem puto olim juxta τὰ ἐν τῇ γῇ adpictum fuisse τὴν φυγήν, quod interpretamentum in auctoris scripturae locum devenit. Vulgatam etiam placere propter oppositum οἱ ἐν τοῖς πλοίοις, recte vidit Bauerus.

Ibid. Vulg. et B ἔξω ζεύγματος. Valla: „extra ictum sagittarum", Egregie Vallae interpretationis pretium hoc loco denotatur: Si excipimus Parisinum, in quo juxta vulgatam recentiore manu adpictum est τοξεύματος, nullus alius codex veram scripturam refert.

Ibid. Vulg. προεκθέοντες, B addit τε.

Ibid. Vulg. ξυστρεφόμενοι ἐν ἐπιχωρίῳ τάξει; sic B quoque. Valla: „ut tempus ferebat. Stephanus jam annotavit: „Valla videtur legisse ἐπικαιρίῳ potius quam ἐπιχωρίῳ". Ab omnibus igitur libris recedit Valla, neque tamen absurdam vel contextui minus aptam referens lectionem.

§ 3. Vulg. διέφθειραν .... ἐς εἴκοσι μάλιστα ἱππέας τε καὶ ὁπλίτας ὁμοῦ, B et Valla omittunt τε jure, ὁμοῦ enim, quod saepius perperam cum sequentibus conjungitur, respicit ad ἱππέας καὶ ὁπλίτας ideoque ut plane abundet particula efficit.

Caput 31 § 1. Vulg. ἀποπλέων ἐκ τῆς Κορκύρας; B et Q ἐπί, recte, ut Valla: „in Corcyram trajiciens".

Ibid. B ὁλκάδα ὁρμοῦσαν ἐν Φειᾷ .... εὑρών. Classenus et Stahlius non dubitarunt solius Vaticani εὑρὼν in textum recipere; quod ut faciamus, suadet etiam Valla: „navem onerariam in Phia .... in statione nactus".

§ 4. Vulg. οὐχ ἱκανὰς οὔσας, B εἶναι, quod Classenus non recepit. Ex Valla nihil proficimus.

§ 5. Libri omnes ὥσπερ καὶ ᾑρέθη. Valla: „quemadmodum dictum est". Stephanus animadvertit: „ita vertit (Valla) quasi ἐρρήθη legeretur, non ᾑρέθη". Etsi per se non male dictum est ἐρρήθη, tamen propter c. 16 § 1 καὶ ξυνάρχοντας αὐτῷ εἵλοντο Δημοσθένην τε .... καὶ Εὐρυμέδοντα a vulgata recedere nolim. Fieri potest, ut incuria sive ignorantia Vallae lectio explicanda sit.

Caput 32 § 1. Vulg. προπυθόμενος, minus recte. Valla: „de hac re certior factus."

Ibid. ὁ Νικίας .... πέμπει ἐς τῶν Σικελῶν τοὺς τὴν δίοδον ἔχοντας καὶ ξυμμάχους, B καὶ σφίσι ξυμμάχους. Valla: „N. mittit ad eos Siculos qua transiturus erat hostis et ad socios". Pronominis igitur vestigium nullum est, neque scio num recte addatur σφίσι, praesertim propter pluralem numerum, cum de Nicia solo, minime de Atheniensibus, quo σφίσι spectare deberet, verba fecerit scriptor. Locus noster mihi videtur adnumerandus esse compluribus aliis libri B, quos Poppo interpretationibus atque explicationibus a correctore ducit suppletos esse [1]).

§ 2. Vulg. οἱ Σικελοί .... ἐνέδραν τινα ποιησάμενοι, B ἐνέδραν τριχῇ π. Valla: „Siculi insidias tendunt tribus in locis". Sitne τριχῇ scriptori tribuendum necne satis intricata quaestio est. Non autem video unde τριχῇ ortum sit, neque cur assentiar Classeno docenti: „τινὰ τριχῇ beide Wörter sind im Zusammenhang unpassend". Quidni tribus in locis Siculi potuerint struxisse insidias Siciliensibus, quod Herwerdenus quoque concedit? Neque igitur cum viro docto facio, ubi opinatur in τινά τριχῇ geographicum quoddam nomen latere.

Caput 33 § 3. B ἔκ τε τῆς Κορκύρας. Vulgata et Valla particulam omittunt.

§ 5. Vulg. ἀναλαβόντες ταῦτα, B αὐτάς. Valla: „quae quum accepissent". Cum non modo naves sed etiam jaculatores a Metapontiis Atheniensium duces acceperint, aptior habenda est vulgata lectio, quam Classenus quoque est secutus.

Caput 34 § 2. Vulg. ὁ μὲν πεζὸς ἑκατέρωθεν προσβεβοηθηκότες .... ἐπὶ ταῖς ἀνεχούσαις ἄκραις παρετέτακτο, B .... προσβεβοηθηκὼς .... προανεχούσαις. Ad scriptoris manum restituendam nihil ex

1) Cf. Poppo. pars II, vol. I pag. 41.

Valla lucramur: „Quorum ad praesidium in eminentibus promontoriis peditatus utrinque dispositus erat”.

§ 5. Vulg. ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, B ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. Valla, inscitia me judice ductus vel incuria, verba neglexit.

§ 6. Vulg. οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς τῇ γῇ ναυμαχοῦντες καὶ διεσώζοντο, B pro καὶ legit ῥᾳδίως. Valla: „quia Corinthii ac Peloponnenses beneficio terrae prope quam dimicarent, liberati sunt”. Quod apud Vallam et καὶ et ῥᾳδίως frustra quaerimus, ea ipsa res suadet, ut eum καὶ vidisse statuamus; saepius enim vocabulum sibi molestias offerens simpliciter omittit [1]). In dijudicando autem variae lectionis pretio laudo Benedictum, cui ῥᾳδίως suspiciones movit: „vocabulum ῥᾳδίως, inquit, ex interpreta- „mento ortum videtur. Etiam Vallae liber non exhibuit”. Hisce Poppo addit: „etenim καὶ *etiam* hic valet *eam ipsam ob causam* (quia prope terram dimicabant) i. e. facile”. Omnino cum hisce viris doctis de nostro scriptore optime meritis facio. Apud me constat primo juxta καὶ ab interprete adjunctum esse ῥᾳδίως, quod postea in textum receptum est. Deinde supervenit Vaticani libri corrector, qui, videns alterutrum ferri non posse, καὶ ejecit.

§ 7. Vulg. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι ἡγήσαντο κρατεῖν εἰ μὴ πολὺ ἐκρατοῦντο, οἵ τ' Ἀθηναῖοι ἐνόμιζον ἡσσᾶσθαι εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων, B εἰ μὴ καὶ πολὺ .... ὅτι οὐ πολύ. Valla: „nam et Corinthii victores se esse credebant, si non admodum victi essent, et Athenienses se victos esse, nisi admodum vicissent”. Si de scripturae huius loci quaerimus varietate, imprimis attendendum est ad sententiae concinnitatem scriptore nostro egregrio dignam. Fuit Bauerus, qui quo splendida orationis structura appareret, schema hocce dedit, singulis verbis ita dispositis: *a* οἵ τε Κορίνθιοι — οἵ τ' Ἀθηναῖοι, *b* ἡγήσαντο — ἐνόμιζον, *c* κρατεῖν — ἡσσᾶσθαι, *d* εἰ μὴ πολύ — εἰ μὴ πολύ. Non fortuito, sed de industria hanc arguti artique et circumscripti verborum ambitus concinnitatem a Thucydide excogitatam

1) Cf. praefatio pag. VI.

esse quis est qui neget? Quod si apud nos constat, haud difficile est decernere, utrum *καί*, quod in Vat. invenitur, genuinum sit an falsum. Quid enim causae exstare potest, cur *καὶ* in *εἰ μὴ πολὺ ἐκρατοῦντο* addidisset auctor, in *εἰ μὴ πολὺ ἐνίκων* autem omisisset? Quin imo, *καί*, cum vocabuli *πολὺ* vim augeat, perturbat sententiam. — Restat, ut de altera varia lectione, *ὅτι οὐ* pro *εἰ μή*, agamus. Ex iis, quae praecedunt, jam statim statuere possumus sententiae structuram flagitare *εἰ μή*. Accedit ut sententia sit generalis et Corinthiorum atque Atheniensium indolem notet: Corinthii, rei nauticae imperitiores, in proelio navali se vicisse putabant, si non plane victi essent; Athenienses autem, qui semper navium usu excelluerant, victos se existimabant, nisi adversarios suos devicissent. Loquitur igitur scriptor non modo de Corinthiorum et Atheniensium, quod ad proelium recens attinet factum, animorum habitu, sed de utriusque populi ratione cogitandi in universum. Quo modo igitur potest quadrare *ὅτι οὐ*, de proelio nuper facto intellegendum, cum *εἰ μὴ καὶ πολὺ ἐκράτουντο*, quibus Corinthiorum indoles significatur? Utroque loco aut *εἰ μὴ* aut *ὅτι οὐ* scribendum est. Jam saepius dixi librum B varias permultas lectiones debere correctori, qui, ut sermonis elegantiam augeret, textum mutavit; sic puto *ὅτι οὐ* emendatum esse, ne *εἰ μὴ* satis brevi intervallo bis legeretur.

Caput 36 § 2. Vulg. *ὡς ἐκ τῆς προτέρας ναυμαχίας τι πλέον ἐνεῖδον σχήσοντες*, B *εἶδον*. Valla graeca non intellexit, quo est factum, ut interpretatione eius nihil proficiamus nisi eum legisse verum *ἐνεῖδον*: „Instruxerunt autem tunc et alteram classem tamquam superaturi, quod e superiore pugna plus aliquid inspexissent".

§ 3. Vulg. *ἀντιπρώροις γὰρ ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι ἀναρρήξειν τὰ πρώραθεν αὐτοῖς, στερίφοις καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις*, B *παίοντες*. Valla: „qui adversis proris eisdemque aeratis incurrentes, diffracturi erant suis crassis ac solidis rostris vacuas Atheniensium et fragiles". Valla majore usus est libertate, quam ut nos de scriptura edocere possit. Fortasse Kruegero dan-

dum est Vallam voce „incurrentes" παίοντες reddidisse. Quod ad lectionem ipsam attinet, concedo παίοντες rei aptissimam sententiam [1]) praebere, neque tamen intellego quomodo παίοντες in παρέχοντες sit depravatum.

§ 5. Vulg. et B πλεῖστον γὰρ ἐν αὐτῷ σχήσειν. Valla: „ex hoc maxime superiores esse". Verbum ἔχειν in locutionibus, quales sunt πλέον ἔχειν et ἔλασσον ἔχειν, cum comparativis conjungi nota res est; nusquam autem suppetit exemplum, in quo superlativi notio juxta ἔχειν invenitur. Quae fuit causa, cur alii, ut Kruegerus et Herwerdenus, πλεῖστον mutarint in πλέον, alii, Stahlio praeeunte, pro simplici verbo emendarint περισχήσειν. Cum autem omnes libri πλεῖστον tueantur, lenius esse credo corrigere περισχήσειν, quod facile in simplex verbum abire potuit, si περὶ compendio expressum fuisse statuimus. Classenus, etsi concedit πλεῖστον ἔχειν a graecitate esse alienum, vulgatam tamen conatur servare: „πλεῖστον σχήσειν. Stahl hat dafür πλεῖστον περισχήσειν für notwendig gehalten. Aber sollte bei dem geläufigen Gebrauch der Ausdrücke πλέον und πλεῖστον ἔχειν vom Vorteil und Nachteil im Kriege in geeignetem Falle nicht auch der Superlativ eintreten können? Ein anderes Beispiel dafür kenne ich freilich nicht. Valla's Uebersetzung: „se maxime superiores fore" scheint nichts für περισχήσειν zu beweisen: denn wie er πλέον ἔχειν durch superiorem esse wiedergibt, drückt er den Superlativ durch Zusatz maxime aus". De conjectura a viro docto expressa, fortasse πλεῖστον ἔχειν exstare posse, nihil dicam. Quod tamen ad argumentationis alteram attinet partem, duabus in rebus a Classeno disto, ac primo quidem moneo in proxime praecedentibus § 2 et § 3 inveniri πλέον ἔχειν et οὐκ ἔλαττον σχήσειν, quae Valla non per „superiorem esse" sed per „plus habere" et „non minus valere" interpretatus est. Fac autem πλέον ἔχειν a Valla redditum esse per „superiorem esse"; tum Classeni argumentationem claudicare existimo; quo modo enim

---

1) cf. Aesch. Pers. v. 414, 421.

fieri potest, ut Valla, qui πλέον ἔχειν verterit „superiorem esse", πλεῖστον ἔχειν latine dixerit „maxime superiorem esse", qua in locutione et superlativi et comparativi notio inesset?

§ 6. Vulg. ἐς ὀλίγον τε καὶ πάντας ἐς ταὐτό, B πάντα. Valla: „illae vero, in arctum redactae omnes et in eundum locum incidentes". Ex tenebris, quibus interpretationem Valla circumdedit, expromere possumus eum recte legisse πάντας.

Caput 37 § 1. Vulg. τοιαῦτα οἱ Συρακόσιοι .... ἐπινοήσαντες, B ταῦτα. Valla: „Talia Syracusani .... commenti". Difficile est dictu, utrum praestet vulgata, a Stahlio retenta, an Vaticanus, quem Classenus et Herwerdenus secuti sunt. Utraque sane lectio ferri potest.

§ 2. Vulg. ἡ γυμνητία, B γυμνητεία.

Ibid. Vulg. ἐξέπλεον, B ἐπεξέπλεον rectius; hoc Vallam quoque reddidisse opinor: „Mox deinde Syracusanae naves socialesque procedunt".

§ 3. Vulg. οἱ δ' Ἀθηναῖοι .... ἀντεπεξῆσαν; sic Valla: „Atheniensium vero alii". In B rectius Ἀθηναῖοι abest.

Caput 38 § 1. Vulg. Συρακόσιοι, B addit articulum.

§ 2. Vulg. ὁ δὲ Νικίας ἰδὼν ἀντίπαλα τῆς ναυμαχίας γενόμενα, B recte ante τῆς inserit τά. Vallae lectionem non cognoscimus: „Nicias vero cernens pari eventu fuisse pugnatum".

Caput 39 § 1. Vulg. τῆς μὲν ὥρας πρότερον. B πρωίτερον, quod ad sententiam praestat; graecitas postulat πρῳαίτερον, a Bekkero restitutum. Valla bene: „aliquanto .... maturius".

Ibid. Vulg. et B καὶ ἀντικαταστάντες ταῖς ναυσὶ τὸν αὐτὸν τρόπον αὖθις. Valla: „et quum eodem quo nudiustertius modo .... constitissent". Vallae igitur lectionem hunc in modum constituamus necesse est: καὶ ἀντικαταστάντες ταῖς ναυσὶ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πρῴην. Nemo, equidem credo, hanc scripturam speciem habere

infitiabitur, cum verba τὸν αὐτὸν τρόπον non ad proxime praecedentia, verum ad ea, quae c. 37 narravit scriptor, spectent ideoque αὖθις fortasse paulo simplicius sit dictum. Attamen nihil nego audaciae fore καὶ πρῴην in textum recipere omnibus libris graecis invitis. Itaque nihil definio: cum καὶ πρῴην, tum αὖθις interpretamentum esse potest verborum τὸν αὐτὸν πρόπον. Cur autem ad hanc variam lectionem animum adverterim, haec fuit causa, ut Vallam nullum eorum, qui ad nos pervenerunt, librorum secutum esse appareret.

§ 2. Vulg. et B πρὶν δὴ 'Αρίστων .... ἄριστος ὢν κυβερνήτης τῶν μετὰ Συρακοσίων πείθει τοὺς σφετέρους τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας. Merito Classenus opinatur in voce σφετέρους mendam inesse: „Im folgendem aber sehe ich für σφετέρους keine passende Beziehung: unmöglich kann es doch von den Anführern der korintischen Schiffe verstanden werden. (Diese könnten allenfalls τοὺς τοῦ σφετέρου ναυτικοῦ ἄρχοντας genannt sein)". Imprimis quae uncinis inclusa rettulit verba proxime veritati accedere puto, nisi forte praestat servato, quo pronomini emphasis addatur, verborum ordine: τοὺς σφετέρου τοῦ ναυτικοῦ ἄρχοντας. Audi Vallam interpretantem: „suadet primis suae classis ducibus". Quod tamen Classenus pergit: „ich halte es für eingeschoben oder verschrieben, viellicht aus ἑτέρους, da Ariston doch wohl auch einen Befehl führte", hac in re cum Herwerdeno aliter sentio. Quomodo enim a Thucydide Ariston modo ἄριστος ὢν κυβερνήτης appellatus esset, si idem etiam inter classis duces numerari deberet?

Ibid. Vulg. παρὰ τὴν θάλασσαν μεταστῆσαι κομίσαντας, B μεταναστήσαντας ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίσαι. Lectio etsi non plane constat, modo corrigas μεταστήσαντες, Vaticanus vulgatae praestat. Valla contortius vertit quam ut ex eo quid lucremur.

Ibid. Vulg. recte ἀριστοποιήσονται, BEG ἀριστοπιήσωνται.

Caput 40 § 3. Vulg. μόγις, B μόλις unice verum.

§ 5. Vulg. οἱ δὲ Συρακόσιοι δεξάμενοι ἠμύνοντο καὶ ταῖς τε ναυσὶν

ἀντιπρώροις χρώμενοι. B jure omittit ἠμύνοντο et τε, ut Valla: „Eos Syracusani excipientes adversis proris".

Caput 41 § 4. Vulg. .... οἱ Συρακόσιοι .... ἄνδρας τε τοὺς μὲν πολλοὺς ζωγρήσαντες, τοὺς δ' ἀποκτείναντες ἀπεχώρησαν, B non exhibet πολλούς. Haackio, qui vulgatam tuetur, opponit Poppo: „At quaeritur, quinam sint illi, quorum *plerique* (οἱ πολλοί) dicuntur vel capti vel interfecti esse. Utrum Atheniensium omnino? At ita sententia falsissima. An πληρώματα navium laesarum? At neque his potitos esse Syracusanos audimus, et sic τοὺς (ἐν αὐτοῖς) ἄνδρας dicendum esset. Qualibus fere rationibus permoti Bekk. et Goell. πολλούς, quod Wass. mendosum appellat, rursus omiserunt". Etsi vir doctus recte arguit contra vulgatam, tamen non sequitur, ut Vaticanus in delenda voce sequendus sit. Me judice locus hicce egregio nobis est documento, quo B, ut se habet, non ex optimo, qui aetatem non tulit, libro fluxisse, sed correctori magna pro parte acceptum referendum esse appareat. Vocabulum enim in vulgata abundans a Vaticani emendatore non expressum est, etsi non plane rejiciendum erat. Nempe πολλούς locum cum mutaverit, sententia gravi laborat morbo, quo tamen statim refecta erit, modo legamus ἄνδρας τε πολλούς, τοὺς μὲν ζωγρήσαντες τοὺς δ' ἀποκτείναντες ἀπεχώρησαν, quod etiam Vallam legisse pro certo affirmare ausim: „multisque viris tum captis, tum occisis rediere".

Ibid. Vulg. τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον ταῖς μὲν ναυσὶ πολὺ κρείσσους εἶναι, ἐδόκουν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι, B ....καὶ πολὺ.... δοκεῖν .... Valla: „Sibi pro certo jam suadentes se classe multum Atheniensibus antecellere". Paulo temerius recentes Thucydidis editores καί in textum receperunt et hic et alibi) [1]. Vaticani καί cave putes respicere ad sequens καί in ἐδόκουν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι; itaque cum πολύ vocabulum jungatur necesse est. Quaestio

1) cf. c. 37 § 3.

igitur oritur, num Syracusani, pugnis navalibus recens factis freti, re vera opinari potuerint se *vel multo* praestare Atheniensibus re nautica. Quod vix crediderim; causam enim, cur Syracusani tam pulcre de suae classis viribus cogitarint, nullam invenias; quin imo supra (c. 23. c. 25) ab Atheniensibus videmus eos esse victos [1]. Eo minus Syracusanis talem fuisse opinionem credo, quia de pedestribus copiis, quibus Athenienses certo certius superabantur, legitur simpliciter: ἐδόκουν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι. Fortasse propter sequens καί copula nostra est addita, ut etiam, sententiam non intellegens, quis scriptoris manum mutavit pro ἐδόκουν mendose scribens δοκεῖν, quod responderet infinitivo κρείσσους εἶναι.

Caput 42 § 1. Vulg. Ἐν τούτῳ δὲ Δημοσθένης καὶ Εὐρυμέδων ἔχοντες τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν βοήθειαν παραγίγνονται, ναῦς τε τρεῖς καὶ ἑβδομήκοντα μάλιστα κτέ. B omisit μάλιστα. Valla: „Demosthenes autem interea atque Eurymedon cum auxiliis, quae acceperant ab Atheniensibus advenerunt, navibus tribus ferme et septuaginta sqq". B secuti sunt Classenus et Herwerdenus Arnoldo docente μάλιστα jure desiderari, cum ex septuaginta tribus navibus ipsis classis constaret. „Demosthenes", ait Arnoldus, „Athenis LXV navibus profectus erat (c. 20), ex quibus decem ad Cononem apud Naupactum novis copiis firmandum miserat (c. 31); ipse autem interea una Eurymedontis nave (ibid.), quindecim Corcyraeorum (ibid.), duabus Metapontinorum (c. 33) auctus erat. Ergo LXV—X + I + XV + II = LXXIII". Ratio ad numerum convenit, modo excipias quod docet Arnoldus classem *una* Eurymedontis nave esse ductam. Videamus. Cap. 16 § 2 narrat scriptor καὶ τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα .... ἀποπέμπουσιν ἐς τὴν Σικελίαν μετὰ δέκα νεῶν, εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου καὶ ἅμα ἀγγελοῦντα τοῖς ἐκεῖ ὅτι ἥξει βοήθεια καὶ ἐπιμέλεια αὐτῶν ἔσται. Si quis etiam de mandato, quod Eurymedon accepit, possit dubitare, laudo cap. 31 § 3 ὄντι δ' αὐτῷ (i. e. Δημοσθένει)

1) cf. etiam c. 47 § 3.

περὶ ταῦτα ὁ Εὐρυμέδων ἀπαντᾷ ἐκ τῆς Σικελίας ἀποπλέων, ὃς τότε τοῦ χειμῶνος τὰ χρήματα ἄγων τῇ στρατιᾷ ἀπεπέμφθη. Consilium igitur, quo Eurymedon in Siciliam missus erat, nullum fuit, nisi ut stipendium transferret militesque bono animo esse juberet. Quid mirum si credimus Eurymedontem, pecunia tradita, cum omnibus, quas acceperat, navibus, aut saltem pluribus quam una, in itinere Demostheni obviam esse factum? Nequaquam enim est tenendum decem illas naves (c. 16, 2) auxilio esse missas. Et hac ipsa in re dissideo a viris doctis, qui rationem subducendo tres et septuaginta naves fuisse docent. Praecedentia ut breviter colligam, moneo Arnoldum, Classenum, Herwerdenum injuria constituisse, fretos c. 31 § 3, Eurymedontem una tantum cum nave ad Demosthenem pervenisse. Sequitur ut classis e pluribus quam tribus et septuaginta navibus constiterit ideoque μάλιστα non temere a Thucydide abjudicandum sit.

§ 4. Vulg. ἁπλοῦν τε ὄν. B et Valla copulam omittunt.

Ibid. Vulg. εἰ κρατήσειέ τις τῶν Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως, B μὴ ἐπικρατήσειέ τις τῶν τε Ἐπιπολῶν τῆς ἀναβάσεως. Valla: „Siquis ascensum Epipolarum occuparet". Recte. B a correctore mutatus certe est; etenim μὴ ferri nequaquam potest (Epipolae enim penes Syracusanos erant) neque cum Stahlio causam video recipiendi ἐπικρατήσειε, imprimis quia Vaticani codicis emendator ille verba composita valde amavit eaque pro simplicibus semel iterumque recepit [1]). De copula cf. c. 11 § 2.

Ibid. Vulg. ἠπείγετο ἐπιθέσθαι τῇ πείρᾳ, καὶ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν, B ...., καί οἱ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολεμήσειν. Valla: „spe intra breve momentum bello defungendi". Iterum praeter necessitatem B secuti sunt interpretes, sine justa causa inserentes οἱ, quod in bona graecitate satis raro invenitur. Equidem puto eo consilio a correctore additum esse pronomen, ut Demosthenes

---

1) cf. praefatio. pag. VIII.

suum in commodum rem cessuram putasse appareret. Vaticani *διαπολεμήσειν* nemo vir doctus probavit.

§ 5. Vulg. *καὶ οὐ τρίβεσθαι ἄλλως Ἀθηναίους τε κτέ.* B *τρίψεσθαι.* Valla: „fore enim ut aut prospere pugnando potiretur Syracusis, aut illinc copias abduceret potius quam incassum vexaret omnes et qui in militia et qui domi erant Athenienses." Merito Valla cum B *τρίψεσθαι* exhibet, ut etiam cum Vaticano solo addit particulam, qua non libenter caremus, quia urbis Athenarum incolis opponuntur Athenienses, qui in Sicilia militabant.

Caput 43 § 1. Vulg, *οὐδὲ γὰρ καθ' ἕτερα οἱ Συρακόσιοι ἀντεπεξῇσαν*, B *καθ' ἑκάτερα.* Valla optimi libri auctoritate spreta jure vulgatae consentit: „adversus neutros enim prodiere Syracusani".

Ibid. Vulg. *ἀλλὰ πείσας τόν τε Νικίαν καὶ τοὺς ἄλλους ξυνάρχοντας ἐπενόει καὶ τὴν ἐπιχείρησιν τῶν Ἐπιπολῶν ἐποιεῖτο*, B *ὡς ἐπενόει.* Vaticani lectio praestare videtur; cf. Class.. Valla quid legerit non plane apparet.

§ 2. Vulg. *καὶ ἡμέρας μὲν ἀδύνατον ἐδόκει εἶναι λαθεῖν*, B et nonnulli alii libri *ἀδύνατα.* Ut Poppo animadvertit, Valla incuria fortasse omisit *ἡμέρας*: „Caeterum non posse fieri videbatur ut .... hostem laterent". *Ἀδύνατα* magis ex scriptoris usu dictum est quam *ἀδύνατον.*

Ibid. Vulg. *ἀναλαβὼν τὴν πᾶσαν στρατιάν*, B perverse *πρώτην*, qua de varia lectione Poppo sic: „*πρώτην*, quod male ex sq. *ἡ προτέρα στρατιά* ductum". Valla recte; „sumptis omnibus copiis".

Ibid. Vulg. *Νικίας δ' ἐν τοῖς τείχεσιν ὑπελέλειπτο*, B *ὑπελείπετο.* Valla, qui vertat per ablativum absolutum: „Nicia ad muros relicto" nos de sua lectione certiores non facit. Etsi imperfectum praetuleris, tamen nihil, quin servemus vulgatam, impedit.

§ 3. Vulg. *ᾗπερ καὶ ἡ προτέρα στρατιὰ τὸ πρῶτον ἀνέβη*, B idem refert. Valla, ut docet Poppo, omisit *τὸ πρῶτον*, quod ét propter tautologiam ét propter absonum *ἡ προτέρα στρατιὰ τὸ πρῶτον* li-

benter desidero: „Ubi jam loco propinquabant versus Euryelum (qua parte iterum prior exercitus ascenderat)".

Ibid. Vulg. ἄνδρας τῶν φυλάκων ἀποκτείνουσιν, B ἄνδρας τινάς. Jure Classenus animadvertit ex usu scriptoris in locutionibus, qualis est nostra, τινάς omitti. Cum in latina quidem lingua fere necessarium sit addere pronomen, non plane de Vallae scriptura constat.

§ 4. Vulg. οἱ δὲ πλείους διαφυγόντες εὐθὺς πρὸς τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία; B hisce addit ἐν προτειχίσμασι. Minime cum Classeno recipio Vaticani additamentum, quod in aliis libris partim uncinis est inclusum partim superscriptum. Interpretis sane est verbis ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν addere ἐν προτειχίσμασιν, cuius emblematis spuriam naturam locus, quo legitur, denotat. Orta verba videntur esse ex § 6. Valla: „pluribus elapsis, qui propere apud terna quae in Epipolis erant castra, ... nuntiant".

§ 6 Vulg. ἐν νυκτὶ σφίσι, B σφίσιν ἐν νυκτί.

Caput 44 § 1. Vulg. ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ, ἣ μόνη δὴ στρατοπέδων μεγάλων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο, B ἔν γε τῷδε τῷ πολέμῳ. Valla particulam neglexit neque autem alibi saepius curavit; quapropter num viderit nostro loco nescio. Quaestione de varia lectione posita equidem γε recipiendum esse non puto. Satis parvum enim est discrimen inter sententias: „in nocturna pugna, quae sola *in hoc bello* inter magnos exercitus tunc est commissa" et „in nocturna pugna, quae sola *hoc quidem in bello* inter magnas exercitus tunc est commissa". Quin imo, opinor vim restringentem particulae puerile quid habere et propter ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ abundare.

§ 4. Vulg. οἵ τε γὰρ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι κρατοῦντες παρεκελεύοντο, B ὡς κρατοῦντες. De ὡς, quod haud dubie correctori debetur, ex Valla nihil pro certo dicere licet: „Siquidem et Syracusani sociique vincentes".

Ibid. Vulg. πᾶν τὸ ἐναντίον, B πᾶν τὸ ἐξ ἐναντίας, restitutum ex scholio: καὶ πᾶν τὸ ἐναντίον, γράφεται, καὶ πᾶν τὸ ἐξεναντίας. Valla: „et quicumque occurrerent."

§ 5. Vulg. ἅτ' ἐκείνων ἐπιστάμενοι τὸ ξύνθημα recte, ut Valla: „quod ipsorum tesseram nossent". B perverse ἐπισταμένων.

§ 6. Vulg. μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψε ὁ παιανισμός, B post ἔβλαψε inserit καί quod non quadrat juxta superlativos μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα. Valla: „Caeterum, quod eis praecipue nocuit, fuit modulatio paeanis"

§ 7. Vulg. κατέστησαν, B καθίστησαν. Vera lectio: καθίστασαν.

Ibid. Vulg. recte μόλις, B μόγις.

§ 8. Vulg. ἐπειδὴ ἐς τὸ ὁμαλὸν οἱ σωζόμενοι ἄνωθεν καταβαίνοιεν οἱ πολλοί κτέ., B .... ἄνωθεν καταβαῖεν οἱ μὲν πολλοί. Valla praestantiorem Vaticani lectionem reddit: „et postquam ii, qui incolumes evaserant, ex arduis locis in plana descenderant, eorem plerique sqq." — Dubito an paulo infra καί, in καὶ ὅσοι, uncinis includam, quod faciendum fere puto, quia οἱ πολλοὶ eidem mihi videntur esse milites ac ὅσοι ἦσαν τῶν προτέρων στρατιωτῶν [1]).

Caput 45 § 1. Vulg. κατὰ τὸ χωρίον ᾗ οἱ Βοιωτοὶ πρῶτον (sive πρῶτοι) ἀντέστησαν, B πρῶτον sive πρῶτον non expressit. Valla: „ubi primum Boeoti restiterunt". Πρῶτον, quo sententia efficacior fiat, a Stahlio, de scriptore optime merito, retentum esse probo. Πρῶτον praetulerim adjectivo πρῶτοι, cum quaestio sit, *ubi primum* non *qui primi* restituerint Boeoti.

Caput 46 § 1. Vulg. Γύλιππος δὲ κατὰ γῆν ἐς τὴν Σικελίαν ᾤχετο αὖθις, ἄξων στρατιὰν ἔτι, B ἐς τὴν ἄλλην Σικελίαν. Αὖθις spectat ad c. 7 § 2, ubi eadem fere leguntur, neque igitur temere existimo, illinc correctorem ἄλλην in B inseruisse. Mirum enim esset, si scriptor capite nostro ἄλλην addidisset, omisisset tamen capite quinquagesimo [2]), in quo eadem suppetit causa, propter quam ἄλλην opus esse contendunt viri docti (nempe cum urbs Agrigentum

---

1) conf. c. 48 § 5.

2) cap. 50 § 1 ἦλθεν ἀπὸ τῆς Σικελίας.

opponatur τῇ ἄλλῃ Σικελίᾳ). Valla haud dubie sinceram manum nobis servavit: „Gylippus quoque (viditne τε?) terrestri itinere Sicilienses urbes adiit rursus alias copias adducturus". Legit igitur Γ. δὲ (τε?) κατὰ γῆν ἐς τὴν Σικελίαν ᾤχετο, ἄλλην αὖθις ἄξων στρατιὰν ἔτι, quae lectio egregie cap. 50 § 1 stabilitur: „ὁ δὲ Γύλιππος ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων ἦλθεν ἀπὸ τῆς Σικελίας".

Caput 47 § 2 Vulg. τὸ χωρίον .... χαλεπὸν ἦν, B sine causa ἦν omittit.

§ 3. Vulg. ἀλλ' ἅπερ καὶ διανοηθεὶς ἐς τὰς Ἐπιπολὰς διακινδυνεῦσαι, ἐπειδὴ ἔσφαλτο, ἐξιέναι ἐψηφίζετο. B .... διεκινδύνευσε...., ... ἀπιέναι.... Admiror acumen correctoris, qui in B finitum verbum restituerit; ἀπιέναι quoque vulgatae praestat. De Valla nihil affirmare licet: „sed quum constituisset apud Epipolas periclitandum, et eum frustratus eventus esset, decedere (Demostheni placebat)".

Caput 48 § 2. Vulg. τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων .... ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε, recte; B solus ἐλπίδας τε et cum nonnullis libris aliis τὸ δ' ἔτι; neutra lectio varia probanda est. Valla: „Adhaec nonnihil spei Nicias habebat."

§ 3. Vulg. ἀκούσαντες, B et M ἀκούοντες.

§ 5. Vulg. τά τε Συρακοσίων ἔφη ὅμως ἔτι ἥσσω τῶν σφετέρων εἶναι καὶ χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξενοτροφοῦντας... ἀπορεῖν. Jure in B καὶ ante χρήμασι abest; sic Valla quoque „Quin etiam deteriore condicione quam suas esse res Syracusanorum, quod sumptum facerent in mercenariis militibus alendis sqq."

Ibid. Vulg. δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι, B δισχίλιά τε γάρ. Conf. c. 11 § 2.

§ 6. Vulg. τρίβειν οὖν ἔφη (ὁ Νικίας) χρῆναι προσκαθημένους καὶ χρήμασι ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ νικηθέντας ἀπιέναι, B recte ante χρήμασι addit μή et ex correctione perverse pro ὡς tradit ὧν. Valla cum B expressit μή: „ideo debere in obsidenda urbe perstare, nec tanquam inferiores pecunia, qui multo superiores essent, abscedere".

Legit, ni fallor, ὡς. Variis modis editores hoc de loco disputaverunt, adeo ut pro ὡς, quod in B audit ὤν, alii οἷς, alii ᾧ, alii ἕως emendarint. Classenus, in reliquis sententia Vaticani servata, uncinis inclusit χρήμασι, qua in re dissideo a viro docto, qui emendationem ita defendit: [1]) „χρήμασι hat ein Glossator, der das πολὺ κρείσσους für übertrieben hielt aus l. 31 zur Beschränkung an den Rand geschrieben; Nikias had die Ueberlegenheit der Athener nicht nur aus den grösseren Geldmitteln, sondern auch aus der schlechten Heerversfassung der Syrakusier (l. 37 ἐπικουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης ὄντα) hergeleitet". Classenus igitur, cum § 6 ἐπικουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης ὄντα de Syracusanorum pejore rei militaris statu accipiendum existimaret, χρήμασιν proscripsit. Attamen verba § 6 ἐπικουρικὰ κτἑ longe alio modo explicanda sunt. Nicias sic ratiocinatur: praeter causas jam enarratas, quae ne domum revertamur, suadent, et haec suppetit: nobis magna pecunia praesto est, Syracusani autem, propter sumptus in exercitum (qui magna pro parte e mercenariis constat) faciendos, et jam pecunia indigent et in posterum aere alieno plane opprimentur: χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξενοτροφοῦντας καὶ ἐν περιπολίοις ἅμα ἀναλίσκοντας καὶ ναυτικὸν πολὺ ἐνιαυτὸν ἤδη βόσκοντας τὰ μὲν ἀπορεῖν, τὰ δ' ἔτι ἀμηχανήσειν. Deinde pecuniae inopiae causam illustrat docendo Syracusanis multo plures mercenarios milites esse quam Atheniensibus: δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι καὶ ἔτι πολλὰ προσοφείλειν, ἤν τε καὶ ὁτιοῦν ἐκλίπωσι τῆς νῦν παρασκευῆς τῷ μὴ διδόναι τροφήν, φθερεῖσθαι αὐτῶν τὰ πράγματα, ἐπικουρικὰ μᾶλλον ἢ δι' ἀνάγκης ὥσπερ τὰ σφέτερα ὄντα. Apparet, ni fallor, Niciam dicere, idcirco se bono esse animo non quod Syracusanorum copiae minoris sint aestimandae, sed quod Athenienses abundent divitiis, quarum adversariis copia erat omnino nulla. Quam ratiocinationem complectitur dux: τρίβειν οὖν ἔφη χρῆναι προσκαθημένους καὶ μή, χρήμασιν (i. e. belli vena) ὡς πολὺ κρείσσους εἰσί, νικηθέντας ἀπιέναι: oportere igitur dixit in obsidione

1) Class. Anhang. Kritische Bemerkungen zum siebenten Buch. p. 167.

perseverare neque, una modo clade accepta [1]), abire quum longe superiores essent pecuniae abundantia. Puto igitur vulgatam retinendam, esse, modo interpungas καὶ μὴ, χρήμασιν ὡς πολὺ κρείσσους εἰσί, νικηθέντας ἀπιέναι. Vocabulum χρήμασιν ante ὡς positum est, quia illa voce tota nititur sententia (cf. § 5 χρήμασι κτἑ.).

Caput 49 § 1. Ὁ μὲν Νικίας τοσαῦτα λέγων ἰσχυρίζετο, αἰσθανόμενος .... ὅτι ἦν αὐτόθι τὸ βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα, B που τὸ βουλόμενον. Valla: „(pro certo habens) quosdam qui res Atheniensium perpetratas cuperent". Recentiores, quod sciam, editores secuti sunt Linwoodium, qui, duobus Dionis Cassii locis fretus, docuit [2]) in Vaticani που latere πολύ, quam correctionem probari existimat Stahlius Plutarchi verbis Nic., c. 21. ἦσαν ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι .... διαλεγόμενοι τῷ Νικίᾳ κρύφα. Dionem Cassium ut alios scriptores multos identidem in operibus illustrasse scriptorem nostrum nota sane res est; si quis vero ea ratione Thucydidem emendare vult, moneo, ut summam adhibeat prudentiam. Sic loco nostro pro που scribere πολύ non ausim testimoniis supra laudatis fretus, cum quia που plerisque in libris abest, tum imprimis quia Linwoodii πολύ pugnat cum praecedentis capitis § 2. ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι, quae verba stabiliuntur c. 86 § 4, ubi scriptor narrat de Niciae caedis auctoribus, eisdem qui antea faverant rei Atheniensium: „ἀλλὰ τῶν Συρακοσίων τινές, ὡς ἐλέγετο, οἱ μὲν δείσαντες, ὅτι πρὸς αὐτὸν ἐκεκοινολόγηντο, μὴ βασανιζόμενος διὰ τὸ τοιοῦτο ταραχὴν σφίσιν ἐν εὐπραγίᾳ ποιήσῃ. — Τὸ βουλόμενον i. e. illi quos c. 48 significavit Thucydides, recte se habet.

Ibid. Vulg. καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσίν ἢ πρότερον θαρσήσει κρατηθείς, B post ναυσίν inserit θαρρῶν et pro θαρσήσει exhibet ἐθάρσησε. Valla: „super haec fretus classe tunc magis quam antea quum victus est".

---

1) νικηθέντας, cf. Class. l. l.

2) Jahrbb. 1862. p. 202.

Sane eliganter Stahlius, in Symb. phil. Bonn. p. 390, locum misere depravatum correxit: καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν, ᾗ πρότερον ἐθάρσησε κρατηθείς; nisi forte Valla et Vaticano freta praestat lectio, voce θαρρῶν in μᾶλλον mutata: καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσὶν μᾶλλον ἢ πρότερον ἐθάρσησε κρατηθείς, Quid mirum si credimus Niciam magis classe confisum esse propter magnam pedestrium copiarum cladem in oppugnandis Epipolis acceptam, tum etiam ob militum valetudinem: νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευντο ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν.

§ 2. Vulg. τρέψονται. B recte θρέψονται, quod Valla interpretatus est: „se alerent".

Ibid. Vulg. perperam τὰς τῶν πολεμίων, B τά.

Caput 50 § 1. Vulg. ἐς Φίλια, B ἐς Φιλία, G ἐς Φιλίαν. Valla „in gratiam". De lectione non plane constat.

Ibid. Vulg. ὁ δὲ Γύλιππος ἄλλην τε στρατιὰν πολλὴν ἔχων, B ὁ δὲ Γ. ἄλλην στρατιὰν ἔχων πολλήν. Valla: „Gylippus autem adducens secum ét ex Sicilia magnam vim militum ét sqq". Copulam, nunc jure additam, omittit B.

§ 2 Vulg. δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο καὶ τοῦ πλοῦς ἡγεμόνας, B δυοῖν perperam pro δύο, solus autem recte πλοῦ. Valla: „quum.... eis Cyrenaei duas triremes dedissent, et faciendae navigationis duces".

§ 3. Vulg. ἀλλ' ἢ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσθαι, B et complures alii libri ἄλλο εἰ μὴ, quam lectionem omnibus viris doctis probantibus Poppo refellit: „Itaque ἢ primum per εἰ μὴ explicatum videtur, deinde negatio μὴ ab emendatore addita, ut loco sententia constaret". Valla recte „ut Nicia jam non adeo contradicente, sed tantum postulante ne palam decerneretur."

§ 4. Vulg. ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, B ἃς ὡς; certo certius ἃς varia lectio ducenda est juxta ὡς proprie adpicta.

Caput 51 § 1. Vulg. οἱ δὲ Συρακόσιοι καὶ αὐτοὶ τοῦτο πυθόμενοι

πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν, B *ἐπηρμένοι*. Valla: „Syracusani autem, hoc percepto et ipsi tanto promptiores efficiebantur ad illorum fugam prohibendam." Valla, ni fallor, secutus est vulgatam. Variam lectionem ex interpretamento ortam esse puto, idque ut credam, facit liber Lugdunensis, in quo *ἐπηρμένοι* est superscriptum.

Ibid. Vulg. *ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν*, B *σφῶν τε*. Copulam perverse insertam neque ab interprete ullo probatam non expressit Valla.

§ 2. Vulg. et B. *τὰς οὖν ναῦς ἐπλήρουν καὶ ἀνεπαύοντο ἡμέρας ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκουν ἱκαναὶ εἶναι*. Valla: „Itaque naves implent et aliquot dies, quot satis esse visi sunt, conquiescunt." Solus est liber Italus (A), qui protulit *ἀνεπειρῶντο* ab editoribus quod sciam omnibus receptum. Equidem paulo temerius librorum consensum spretum esse dixerim. Quibus enim argumentis Italus probatur? Audi Classenum: „*τὰς ναῦς ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο* genau wie c. 7, 4. vgl. auch c. 12, 5, und deshalb ist *ἀνεπαύοντο*, dass die meisten Hss. (auch Vatic.) haben, unmöglich." At rogare velim, quid loci laudati ad rem? Sane eo tempore, quo res, c. 7 et 12 narratae, fiebant, Syracusanorum classis usu et ratione navium Atheniensium classe superabatur. Attamen interim iis res nautica in longe meliorem devenit locum, ut docemur cap. 40 et 41 [1]). Itaque Syracusanis non tantopore, hoc saltem temporis puncto, opus fuisse exercitatione statuamus necesse est. Quin imo iis persuasum erat, Athenienses dejectis esse animis, qui neque classe neque peditatu amplius essent superiores; c. 51 § 1 *οἱ δὲ Σ. καὶ αὐτοὶ τοῦτο* (i. e. Atheniensium Siciliam relinquendi consilium) *πυθόμενοι πολλῷ μᾶλλον ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ὡς καὶ αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ μήτε τῷ πεζῷ*. Num quis crediderit homines, quibus talis de adversariorum viribus

---

1) Cap. 40 § 1. *κατὰ κράτος ναυμαχοῦντες οἱ Συρακόσιοι ἐκράτησαν*. c. 41 § 4. *καὶ τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον* (*οἱ Σ.*) *ταῖς μὲν ναυσὶ καὶ πολὺ κρείσσους εἶναι*.

opinio esset, praesertim in rerum descrimine cogitasse de exercitatione! Ex ipso capite septimo, quo viri docti variam lectionem tuentur, scripturam veram *ἀνεπαύοντο* mutatam esse credo. Restat ut, si scriptor revera dedisset *ἀνεπειρῶντο*, non perrexisset *ἐπειδὴ δὲ καιρὸς ἦν*, quod nisi de tempore manibus conserendis idoneo, neque tamen de exercitatione peracta, potest accipi. Consilium Syracusanorum erat: *αὐτοῦ ὡς τάχιστα καὶ ἐν ᾧ σφίσι ξυμφέρει ἀναγκάσαι αὐτοὺς ναυμαχεῖν* (cf. § 1.)

Ibid. Vulg. *τῇ μὲν προτέρᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν 'Α. προσέβαλλον*, recte ut Valla: „primo die ad muros Atheniensium succedunt". B *τῇ μὲν προτεραίᾳ*, quod non quadrat. Vulgatae *τῇ μὲν προτέρᾳ* i. e. priore die recte opponitur *τῇ ὑστεραίᾳ* i. e. insequenti die (c. 52 § 1).

Ibid. Vulg. *οὔσης δὲ στενῆς τῆς ἐφόδου.* B *ἐσόδου* recte; sic, ni fallor, Valla quoque „ingressus" interpretatur. Sermo enim est de ingressu vel introitu in Atheniensium munitiones.

Caput 52 § 2. Vulg. *ἐξάγοντα*, B *ἐπεξάγοντα*, libri complures *ἐπεξαγαγόντα*, quae praestantior lectio esse videtur.

Ibid. Vulg. *τὰς πάσας ναῦς ἤδη*, B *τὰς πάσας ἤδη ναῦς.*

Caput 53 § 2. Vulg. *οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς 'Αθηναίοις*, B addit *ταύτῃ* quo vocabulo, cum locum, ubi excubabant Etrusci, indicet, non carere possumus. Vaticani libri fides augetur Vallae testimonio: „illic enim praesidio Atheniensibus stabant".

§ 3. Vulg. *οἱ 'Αθηναῖοι .... τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσάν τε καὶ ξυνήγαγον κατὰ τὸ στρατόπεδον δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ Συρακόσιοι ἔλαβον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἄνδρας πάντας ἀπέκτειναν*, B .... *κατὰ τὸ στρατόπεδον, δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Σ. ἔλαβον αὐτῶν κτέ.* Valla: „naviumque suarum plerasque tutati (Athenienses) in castra reduxerunt. Quarum duodeviginti cepere Syracusani ac socii, earum defensoribus caesis". Vulgatam recipiendam esse jam vidit Poppo: „Vulgo *δυοῖν δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ* unde verbis *τὰς πολλὰς*

(ex 86) διέσωσαν ac rebus postea gestis aperte repugnans et ob verba ἃς — ἔλαβον καὶ — ἀπέκτειναν per se absurda oritur sententia, duodeviginti solum naves servatas esse". Aliud quid accedit: omnes Athenienses occisos esse ex vulgata statuendum est!

§ 4. Vulg. παύσαντες τὴν φλόγα, B τήν τε φλόγα. Valla: „restinctaque flamma". Addatur particula necne non docet Valla, nec multum refert.

Caput 55 § 1. Vulg. Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης τοῖς Σ. ἤδη καὶ τοῦ ναυτικοῦ, B omittit καὶ, ut Valla: „Parta autem jam insigni victoria navali". Si capitis nostri initium spectat ad pugnam recens (c. 53) factam, καὶ nolim retinere, quia praelium terrestre non in Syracusanorum commodum cessit.

Ibid. Vulg. οἱ μὲν 'Α. ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν, recte. B ἤδη. Valla: „Athenienses exanimati prorsus erant".

§ 2. Vulg. μεγέθει, B μεγέθη recte. Valla „potentiam".

§ 2. Vulg. οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσους, B κρείσσους ὄντες. Valla „majoribus copiis". Inter omnes constat ferri non posse vulgatam neque Vaticanum (in quo ὄντες interpretamentum esse ostendit Scholion λείπει τὸ ὄντες), sed Vallae solius iudicio esse utendum ad restituendam scriptoris manum: οὔτ' ἐκ παρασκευῆς πολλῷ κρείσσονος, de quibus recte Classenus hoc modo disputat, „πολλῷ „κρείσσονος halte ich mit Kr. und Stahl für notwendig statt κρείσσους. „Das verschriebene κρείσσους d. h. κρείσσονες hat auch zur Einfügung „von ὄντες im Vat (wofür Bekker unverständlich ὄντας schreibt) ge„führt. οὔτ' ἐκ παρ. π. κρείσσονος steht so offenbar dem οὔτ' ἐκ πολι„τείας τι μεταβολῆς gegenüber, dass beide an οὐ δυνάμενοι ἐπενεγκεῖν, „als die Mittel dazu, anzuschliessen sind".

Caput 56 § 2. Vulg,: οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἡσσωθῆναι (sive ἡσσηθῆναι) .... τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο. B. οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι κτέ. referens unice veram lectionem, quam expressit quoque

Valla: „Neque enim jam eis de salute sua[1]) tuenda cura erat". Opus non est disserere de Vat. et Vallae praestantia, cum vel sana ratio vulgatam convincat. Verba enim laudata quominus de Atheniensibus accipiantur, obstat altera sententiae pars: ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, νομίζοντες, ... εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι.

Caput 57 § 1. Vulg. ἑκάστοις, B idem refert, sed superscriptum ἕκαστοι, quae vera est lectio. De Valla nihil constat.

Ibid. Vulg. ἀνάγκῃ recte, B ἀνάγκης.

§ 4. Vulg. ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήϊοι, B recte .... Τήνιοι. Valla: „ab insulis Cei, Andrei, Teii.

Cum Teos insula exstet nulla, Tenos autem inter Cyclades inveniatur, jure liber B legit Τήνιοι, quod debemus correctori [2]), qui praemonitus verbis ἀπὸ δὲ νήσων locum sanavit. De emendatione ut cogitemus suadet l. VIII c. 69 § 3, ubi eiusdem insulae incolas B perperam appellat Τήϊοι, negligens tollere mendam, qua Valla vacat.

§ 4. Vulg. ὅμως Ἴωνές τε, B ὅμως Ἴωνές γε. Valla nihil docet de varia lectione; consuetudine sua γε non expressit [3]).

§ 6. Vulg. ἐπὶ Λ. ὅπλα ἔφερον, B ἐπέφερον, quod vulgo de signis inferendis usurpatur.

§ 7. Vulg. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι, B τῶν δὲ περὶ κτἑ. Cum vulgata recte facit, ni fallor, Valla: „Insulanorum quoque circa Peloponnesum erant Cephallenses „atque Zacynthii".

§ 8. Vulg, καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ καὶ ἐκ

---

1) Αὐτὸς a Valla pronomine reflexivo redditum esse, discimus eadem paragrapho in verbis καὶ αὐτοὶ δόξαντες αἴτιοι αὐτῶν εἶναι, quae vertit Valla: „Cuius facti se auctores sqq.

2) conf. praef. pag. VI.

3) cf VII 14, 4. 15, 1, 28, 3 (bis) 40, 2 et praef. pag. VI.

Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν, B . . . ι ἐκ Ναυπάκτου. Valla vulgatam sequens: „Etiam qui nunc Messenii „vocitantur apud Naupactum, et ex Pylo, qui tunc ab Athenien„sibus tenebatur, ad hoc bellum assumpti sunt".

Satis intricata est quaestio: propter καλούμενοι exspectamus ἐν Ναυπάκτῳ, tamen ut scribamus ἐκ Ναυπάκτου suadet παρελήφθησαν. Cui difficultati mederi conatus est Classenus scribens ἐν Ναυπάκτῳ ἐκ Ναυπάκτου, quod jam, absonum cum sit, amplecti non possumus. Magis mihi quidem arridet vulgata paulum immutata: Καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ καὶ οἱ ἐκ Πυλου κτέ.

§ 9. Vulg. Ἀργεῖοι μὲν οὐ τῆς τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας Δωριῆς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν. B solus post Ἀργεῖοι μὲν legit γὰρ et mox post ἰδιάς inserit ὠφελίας, quibus vocabulis carere omnino non possumus. Vaticano plane consentit Valla: „nam Argivi, societatis gratia potius quam inimicitiarum cum „Lacedaemoniis et suae cuiusque ad praesens utilitatis, Dores „adversus Dores, sequuti sunt Athenienses, qui sunt Iones".

Ibid. Vulg. ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν, B solus: .... ἐποίκους ἑκόντας. Ἑκόντας sane unice est verum, etiam a Valla expressum: „Contingitque ut Cretenses qui una cum „Rhodiis Gelam condidissent, non pro colonis starent, sed contra „illos ultro stipendia facerent". Quod ad B ἐποίκους attinet puto correctum esse ne bis idem vocabulum iteraretur. Quamquam praecedens ἀποίκους admonet ut et nostro loco vulgatam servemus [1]).

Caput 57 § 10. Vulg. καὶ Σικελιωτῶν τὸ πλέον, B καὶ Σικελῶν τὸ πλέον. Valla, cum de Siciliae incolis indigenis sermo sit, jure consentit optimo libro: „et plerique Siculorum." Valla revera inter

1) cf. Classenus.

Σικελιῶται et Σικελοί distinguit, cum paulo supra Σικελιωτῶν Νάξιοι καὶ Καταναῖοι interpretetur: „ex Siciliensibus Naxii et Catanenses."

Caput 58 § 4. Vulg. ἄλλος ὅμιλος, B addit articulus, quo carere sane possumus.

Ibid. Vulg. διὰ μέγεθος πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν, B διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι γὰρ ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν. Non male addita est copula, conjunctioni tamen γὰρ locus plane nullus est. Valla recte: „*tum* pro civitatis, *tum pro periculi* „magnitudine *in quo erant.*" Animadvertendum est verba „tum" et „tum pro periculi" et „in quo erant" expressa esse litteris cursivis; quid autem inde statuamus sit necesse de Vallae codice, nescio, cum eum legisse tantum διὰ μέγεθος πόλεως parum speciei habeat. Γὰρ libri B Valla jure omisit.

Caput 59 § 1. Vulg. Οἵ τε οὖν Συρακόσιοι, B οἵ τε οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι in quibus Kruegero praeeunte editores pro τε correxerunt δέ (cf. Class.). Valla qui omne ferat punctum dignus est: „Igitur non immerito Syracusani ac socii."

Ibid. Vulg. ἀγῶνα, B ἀγώνισμα.

Ibid. Vulg. καὶ μηδὲ καθ' ἑκάτερα αὐτούς, μήτε διὰ θαλάσσης μήτε τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν, B καὶ μηδὲ καθ' ἕτερα κτέ, quod videtur praestare. Nihil certi lucramur ex Valla, qui liberius verterit: „et utraque parte illum, mari terraque, effugere prohibendo."

Caput 60 § 2. Vulg. πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατείχισμά τι ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον B .... διατειχίσματι ὅσον κτέ. Etsi paulo liberius locum reddidit, nihilominus Vallam cum libro B facere videmus: „occupatumque ante naves locum quam minimo posset muro concludendum." Ex locis, qualis noster est, librum B et Vallam ceteris omnibus libris pluris valere, ni fallor, quisque statuet.

Ibid. Vulg. ἀσθενέσιν, B ἀσθενοῦσιν cum superscripta vulgata.

Ibid. Vulg. ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς πάσας .... πληρῶσαι,

B ἀπάσας, quod Vallam arbitror expressisse voce „cunctas". Propterea quod duces Atheniensium duces omnes naves ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, in animo habebant implere, vulgatam libro Vaticano postpono.

§ 5. Vulg. ὁ δὲ Νικίας .... ὁρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας τῷ τε παρὰ τὸ εἰωθὸς πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας καὶ διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν ὡς τάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας παρεκελεύσατο. B et Valla ante τοὺς στρατιώτας carent particula καί, quam Classenus solus tuetur: Vat. hat καὶ nicht. Doch halte ich es jetzt für wohl begründet, da die ganze voraufgehende Beratung nur mit den Strategen und Taxiarchen gehalten war". Vulgatae sententia haec sit necesse est: Nicias videns non modo duces Atheniensium sed etiam milites fractos esse, omnes convocatos est adhortatus. At duces fractos fuisse animo non legimus [1]). Sed fac hoc ita esse, quid refert utrum duces animum desponderint necne? Num putes Niciam non allocuturum fuisse commilitones suos si οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι bono fuissent animo? Et sane nemo mirabitur exercitum animo defecisse post tot tantasque clades acceptas! Quocirca nulla extat causa propter quam scriptor consulto addiderit inutile καί.

Caput 61 § 1. Vulg. ἑκάστοις, B ἑκάστῳ, sed per correctionem ἑκάστοις.

Caput 62 § 2. Libri omnes etiam B: καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται καὶ ὄχλος, ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει οὐκ ἂν ἐχρώμεθα διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν, ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. Stahlium si excipimus omnes editores pro πρόσφορα scribunt πρόσφορος monente Classeno: „καὶ ὄχλος habe ich vom Voraufgehenden durch Interpunktion getrennt; es steht zwar auch

1) cf. c. 60 initium ad ducum abeundi rationes cognoscendas.

zu dem Vb. ἐπιβήσονται in aüsserer Beziehung, doch nur in dem allgemeinen Sinne: „und es wird dadurch an Bord eine Menge Menschen zusammen kommen". Dem ὄχλος aber schliesst sich der zweigliederige Relativsatz an, zu dessen zweitem Gliede aus dem ᾧ des ersten der Nominativ ὅς zu ergängen ist (vgl. zu 1, 10, 3.). Bei dieser unzweifelhaft richtigen Satzverbindung war es aber nöthig, statt des kaum zu erklärenden πρόσφορα zu schreiben πρόσφορος: vgl. eine ähnliche Verschreibung der Endung des Adj. 3, 53, 2". Classeni emendationem testimonio confirmat Valla: Nam sagittarii permulti atque jaculatores in naves ascendent, et tanta hominum multitudo, quanta, pugnantes quidem in libero mari, non uteremur .... sed hic futura est utilis sqq".

§ 3. Vulg. ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα μὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι, quibus verbis inanibus medetur B ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι. Sic etiam Valla: „Excogitavimus praeterea alia quae in navibus aedificanda forent" nisi forte, ut putat Poppo, satis apte a Valla etiam pro ὅσα legebatur ἄλλα τε ὅσα, quod Herwerdenus in textum recepit.

§ 3. ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, B non eleganter ante μάλιστα legit δή, cuius particulae vestigium superest nullum apud Vallam, qui in talibus non magna cum diligentia est versatus.

§ 4. Vulg. τῆς γῆς .... πολεμίας οὔσης. Praeter οὔσης B etiam exhibet participium futurum ἐσομένης, quod Valla quoque vidit: „quum terra futura sit hostilis". Habet aliquid quo se commendet ἐσομένης: „omnibus viribus certamen ineatis, inquit Nicias, necesse est, et ut neque ipsi ab hostili classe resiliamus, neque illos a nostra resilire permittamus, hoc nobis utile esse constat, quia quocumque effugeritis in hostilem regionem venietis [1]).

Caput 63 § 1. Vulg. χρὴ .... ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς μὴ πρότερον ἀξιον ἀπολύεσθαι ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας

1) cf. c. 63 § 1 χρὴ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν.

ἀπαράξητε. Veram scripturam restituit B, qui pro *ἀξιοῖ* legit *ἀξιοῦν*, pariter atque Valla: quum navis in navem impegerit, non prius eas dirimendas putare quam armatos, qui pro tabulato hostili stant, detruseritis".

§ 3. Vulg. *ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλεῖον μετείχετε* (*τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας*), B *καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι* recte, quod et Valla docet: „ut cum terrori essetis subditis vestris, „tum vero ab aliis laedi nequiretis.

§ 4. Vulg. *δείξατε, ὅτι καὶ μετ' ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης*. Injuria B *καὶ* post *ὅτι* omittere ex Valla quoque apparet: „ostenditeque vestram peritiam etiam aegrotantium atque afflictorum antecellere alieno robori sqq.".

Caput 64 § 1. Vulg. *Τοὺς δ' Ἀθηναίους ἡμῶν πάλιν αὖ κτέ*. perperam, neque B scribens *ἢ ὑμῶν* veram refert lectionem *ὑμῶν* a Valla expressam: „Rursus iis qui inter vos Athenienses sunt".

Ibid. Vulg. *τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν*, B male *ὑμῶν*. Valla recte: „nostros hic (?) relictos".

§ 2. Vulg. *ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες* praestat libro B in quo abest *τέ* a Valla non neglectum: „memores et singuli et universi".

Ibid. Vulg. *τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν*, recte, ut Valla: magnum nomen Athenarum. B *Ἀθηναίων*.

Caput 65 § 2. Vulg. *καὶ ἐπειδὴ πάντα ἑτοῖμα ἦν*, B *καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα πάντα ἦν*, quem verborum ordinem etiam exhibet Valla: „Quae postquam praeparata sunt omnia".

Caput 66 § 2. Vulg. *ἔπειτ' εἰ*, B *ἔπειτα δ' εἰ*. Difficile dictu est, utra lectio praestet. Valla nihil docet.

Ibid. In *καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην* non facile dixeris quomodo sit explicandum *ἤδη*. Classenus ex sequentibus *τὰς μὲν νενικήκατε*

ἤδη ναυμαχίας, ubi in solo B invenitur, huc delatum vocabulum esse suspicatur. Valla neutro loco ἤδη expressit et equidem mihi persuasum habeo in B insertum esse, ut responderet proximo νῦν, quae tamen Vaticani correctio supervacanea ut sit, facit perfectum νενικήκατε.

§ 3. Vulg. ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν. B bis a vulgata recedit et lectiones pejoris notae refert duas, ἀκολουθῶσι et τόγε λοιπόν. Valla ut saepius in locis magis intricatis liberius vertit, sed, licet de scriptura τόγε λοιπόν nihil doceat, tamen eum recte legisse κολουθῶσι ut statuamus, monent verba „spe decepti".

Caput 67 § 1 Vulg. διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. Solus est B, qui refert .... διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. Fieri potest quod Poppo suspicatur ut oculi librariorum ab altero ad alterum ἐλπίς aberraverint; mirum tamen est omnes libros praeter B compluria haec verba neglexisse, unde fere statueris omnes libros eodem ex codice fluxisse. Valla, homo Graecae linguae non peritissimus, sudat in loco nostro explicando; barbaries est, quam latina sua versione tradit; quod tamen non impedit, quominus Vaticanum stabiliat: „duplex adesse singulis spes debet: una et ea maxima (ἡ μεγίστη ἐλπίς) quae perinde maximam fiduciam praebet (μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται) quod multa a nobis ad audendum (τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις) comparata sunt".

§ 4. Vulg. ἂν πράξαντες, B E G πράξοντες perperam; est emblema proprie juxta ἂν πράξαντες adpictum. Valla „non deteriora sequuturi".

Caput 68 § 2. Vulg. ἅμα δ' ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. B ἐκγενησόμενον. Valla, qui locum non plane intellexit, nihil de scripturae discrepantia docet, nisi

quod, ut Stahlius animadvertit, jure omisit molestum *καὶ* ab editoribus omnibus obelo notatum.

§ 3. Vulg. *τὸ δὲ πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι.* In libro B invenitur *τὸ δὲ πραξάντων ἡμῶν* quod, etsi quisque ex interpretamento natum esse concedat, Classenus praeter necessitatem recepit. *Τὸ δὲ πραξάντων* enim quominus de Atheniensibus accipiamus, obstant sequentia *τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ .... ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι.* Praeterea si de Atheniensibus quis intellegi posse putet *τὸ δὲ πραξάντων*, moneo pro *τὸ δὲ* opus fuisse adverbio quale est *κακῶς* et pro relativo *ἃ* conjunctione *ὡς*. Valla nobis nihil opitulatur: „Si vero id fecerimus".

Ibid. Vulg. *οἳ ἂν .... ὠφελοῦσιν*, B *ὠφελῶσιν*

Caput 69 § 2. Vulg. *ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦν.* B desiderat *ἦν*, quod sententiae vim infringere videtur. Dixeris fere et Vallam omisisse vocabulum: „quod cerneret quale periculum esset, quamque vicinum".

§ 3. Vulg. *καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον καὶ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι.* B unice veram lectionem exhibet *καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι*, quod etiam expressit Valla: „non tam sufficientia quam necessaria se loquutum ratus."

§ 4. Libri perperam appellant tertium ducem *Εὔδημος*; Vaticanus solus autem recte habet *Εὐθύδημος*, quod tuetur Valla.

Ibid. Vulg. *Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος .... ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος καὶ τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.* B praeter *καταλειφθέντα* legit etiam *παραλειφθέντα.* Satis intricatus est locus. Olim jam Poppo dubitavit de sinceritate verborum *καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν*, quae speciem interpretamenti ad vocem *ζεῦγμα* certo certius praebent. Herwerdenus de hisce eodem modo cogitat, aut, si quis verba a Poppone damnata retinenda esse putet, saltem *καὶ* uncinis includere velit. Et hoc et illud arridet. Textum autem

si scriptori nostro imputamus, quaestio oritur scribamusne *καταλειφθέντα* (B) vel *παραλειφθέντα* (Vulg.) an cum Valla *καταληφθέντα*. Quale futurum sit responsum inde pendet, utrum statuamus Syracusanos clausisse portum totum an modo faucium partem. Classenus hunc in modum disputat: „*τὸ ζεῦγμα* die (c. 59, 2) angelegte Hafensperre in dieser bezeignet *διέκπλους* hier den zur Durchfahrt gelassenen Raum. Den dass die Syrakusier bei der Sperrung ihres eigenen Hafens zur Verhinderung der freien Durchfahrt der Feinde für ihre eigene Benutzung eine Oeffnung gelassen haben, scheint mir notwendig anzunehmen, wenn es auch nicht erwähnt ist". Hac in re a viro docto dissideo. Equidem scriptorem ipsum docere existimo intervalli portus faucium aperti nihil relictum esse, cum quia de tali transitu nusquam fit mentio tum imprimis propter c. 70 § 1 *ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ, καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλῄσεις.* De introitu altum silentium! Sequitur igitur ut verbis *καταλείπειν* et *περιλείπειν* locus sit nullus. Valla qui vertat: „fauces portus jam praeoccupatas" ut omnes viri docti consentiunt, legit *καταληφθέντα* idque recte. Athenienses ad portus claustra vehebantur conantes ut pernavigatione in altum exire possent *βιασάμενοι τὸν καταληφθέντα διέκπλουν*; etenim (c. 70) *προεξαναγαγόμενοι οἱ Συρακόσιοι .... ναυσὶ, κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον.* Lectionem igitur hunc in modum restituo: *ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος .... ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος [καὶ] τὸν καταληφθέντα* 1) *διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.*

Caput 70 § 1. Vulg. *αὐτοῖς ἅμα*, B *ἅμα αὐτοῖς.*

Ibid. § 2. Vulg. *ἐπειδὴ δ' οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι.* Omnino concedendum est Classeno Vaticanum et paucos alios

---

1) Video Stahlium quoque praetulisse *καταληφθέντα*. Cf. Popponis editio altera, quam auxit et emendavit Stahlius.

libros audiendos esse in quibus desideratur ἄλλοι. Eidem enim Athenienses commemorantur, quorum mentio jam facta est c. 69 § 4. Valla cum B facit: „Athenienses posteaquam ad *obsessas* „fauces subiere". Vix opud est dicere etiam minus quam ἄλλοι ferri posse καὶ quod habent E et Dionysius (pag. 875) ante οἱ.

Ibid. Vulg. οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο. Dubito num editores recte B inseruerint ἦν ante ἡ ναυμαχία, cum non solum de pugna in portu, sed etiam de proelio apud claustra, nondum finito, ni fallor, recte dicatur imperfectum ἐγίγνετο. Valla interpretatur: „non jam pro angustiis exitus tantum, sed etiam intra portum proelium gerebatur".

§ 3. Vulg. οἱ ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὅτε προσπέσοι ναῦς νηί, B ὁπότε, quod Stahlius et Herwerdenus receperunt et Valla retulit: „quoties navis navem incurreret".

§ 4. Cum Dionysio omnes libri legunt ἐκβολαὶ, solus E. praebet ἐμβολαί. Et Valla a codice E decedere videtur: „rari excursus fiebant".

Ibid. Vulg. ὡς τύχοι recte; B ὡς ἔτυχον.

§ 7. Vulg. πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ βοὴ .... κατὰ τὴν τέχνην καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονικίαν ἐγίγνετο; B ante παρακέλευσις inserit ἡ, et paulo infra τε ante τὴν τέχνην. De articulo a Valla nihil docemur; copulam tamen hoc loco significanter additam eum vidisse constat: „tum ex arte gubernatoria, tum ex praesenti contentione vincendi".

§ 8. Vulg. κατ' ἀνάγκην, B δι' ἀνάγκην, quod Classenus solus probavit (cf. § 6.) [1])

Ibid. Vulg. εἰ τὴν πολεμιωτάτην γῆν οἰκειοτέραν ἤδη τῆς οὐ δι' ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι ὑποχωροῦσιν. Vaticanus solus exhibet οὐ δι' ὀλίγου πόνου, quod stabilitur a Valla: „mare non exiguo labore obtentum". Popponi quominus et hic et aliis in locis acu

---

1) cf. Stahlius in editione majore.

Valla: „Neque enim jam eis de salute sua[1]) tuenda cura erat". Opus non est disserere de Vat. et Vallae praestantia, cum vel sana ratio vulgatam convincat. Verba enim laudata quominus de Atheniensibus accipiantur, obstat altera sententiae pars: ἀλλὰ καὶ ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι, νομίζοντες, ... εἰ δύναιντο κρατῆσαι Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, καλὸν σφίσιν ἐς τοὺς Ἕλληνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι.

Caput 57 § 1. Vulg. ἑκάστοις, B idem refert, sed superscriptum ἕκαστοι, quae vera est lectio. De Valla nihil constat.

Ibid. Vulg. ἀνάγκῃ recte, B ἀνάγκης.

§ 4. Vulg. ἀπὸ δὲ νήσων Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήϊοι, B recte .... Τήνιοι. Valla: „ab insulis Cei, Andrei, Teii.

Cum Teos insula exstet nulla, Tenos autem inter Cyclades inveniatur, jure liber B legit Τήνιοι, quod debemus correctori [2]), qui praemonitus verbis ἀπὸ δὲ νήσων locum sanavit. De emendatione ut cogitemus suadet l. VIII c. 69 § 3, ubi eiusdem insulae incolas B perperam appellat Τήϊοι, negligens tollere mendam, qua Valla vacat.

§ 4. Vulg. ὅμως Ἴωνές τε, B ὅμως Ἴωνές γε. Valla nihil docet de varia lectione; consuetudine sua γε non expressit [3]).

§ 6. Vulg. ἐπὶ Λ. ὅπλα ἔφερον, B ἐπέφερον, quod vulgo de signis inferendis usurpatur.

§ 7. Vulg. τῶν τε περὶ Πελοπόννησον νησιωτῶν Κεφαλλῆνες μὲν καὶ Ζακύνθιοι, B τῶν δὲ περὶ κτέ. Cum vulgata recte facit, ni fallor, Valla: „Insulanorum quoque circa Peloponnesum erant Cephallenses „atque Zacynthii".

§ 8. Vulg, καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι ἐν Ναυπάκτῳ καὶ ἐκ

---

1) Αὐτὸς a Valla pronomine reflexivo redditum esse, discimus eadem paragrapho in verbis καὶ αὐτοὶ δόξαντες αἴτιοι αὐτῶν εἶναι, quae vertit Valla: „Cuius facti se auctores sqq.

2) conf. praef. pag. VI.

3) cf VII 14, 4. 15, 1, 28, 3 (bis) 40, 2 et praef. pag. VI.

Πύλου τότε ὑπ' Ἀθηναίων ἐχομένης ἐς τὸν πόλεμον παρελήφθησαν, B . . . ἐκ Ναυπάκτου. Valla vulgatam sequens: „Etiam qui nunc Messenii „vocitantur apud Naupactum, et ex Pylo, qui tunc ab Athenien„sibus tenebatur, ad hoc bellum assumpti sunt".

Satis intricata est quaestio: propter καλούμενοι exspectamus ἐν Ναυπάκτῳ, tamen ut scribamus ἐκ Ναυπάκτου suadet παρελήφθησαν. Cui difficultati mederi conatus est Classenus scribens ἐν Ναυπάκτῳ ἐκ Ναυπάκτου, quod jam, absonum cum sit, amplecti non possumus. Magis mihi quidem arridet vulgata paulum immutata: Καὶ οἱ Μεσσήνιοι νῦν καλούμενοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ καὶ οἱ ἐκ Πυλου κτἑ.

§ 9. Vulg. Ἀργεῖοι μὲν οὐ τῆς τῆς ξυμμαχίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς Λακεδαιμονίων τε ἔχθρας καὶ τῆς παραυτίκα ἕκαστοι ἰδίας Δωριῆς ἐπὶ Δωριέας μετὰ Ἀθηναίων Ἰώνων ἠκολούθουν. B solus post Ἀργεῖοι μὲν legit γὰρ et mox post ἰδιάς inserit ὠφελίας, quibus vocabulis carere omnino non possumus. Vaticano plane consentit Valla: „nam Argivi, societatis gratia potius quam inimicitiarum cum „Lacedaemoniis et suae cuiusque ad praesens utilitatis, Dores „adversus Dores, sequuti sunt Athenienses, qui sunt Iones".

Ibid. Vulg. ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν, B solus: .... ἐποίκους ἑκόντας. Ἑκόντας sane unice est verum, etiam a Valla expressum: „Contingitque ut Cretenses qui una cum „Rhodiis Gelam condidissent, non pro colonis starent, sed contra „illos ultro stipendia facerent". Quod ad B ἐποίκους attinet puto correctum esse ne bis idem vocabulum iteraretur. Quamquam praecedens ἀποίκους admonet ut et nostro loco vulgatam servemus [1]).

Caput 57 § 10. Vulg. καὶ Σικελιωτῶν τὸ πλέον, B καὶ Σικελῶν τὸ πλέον. Valla, cum de Siciliae incolis indigenis sermo sit, jure consentit optimo libro: „et plerique Siculorum." Valla revera inter

---

1) cf. Classenus.

Σικελιῶται et Σικελοί distinguit, cum paulo supra Σικελιωτῶν Νάξιοι καὶ Καταναῖοι interpretetur: „ex Siciliensibus Naxii et Catanenses."

Caput 58 § 4. Vulg. ἄλλος ὅμιλος, B addit articulus, quo carere sane possumus.

Ibid. Vulg. διὰ μέγεθος πόλεως καὶ ὅτι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν, B διὰ μέγεθός τε πόλεως καὶ ὅτι γὰρ ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ἦσαν. Non male addita est copula, conjunctioni tamen γὰρ locus plane nullus est. Valla recte: „*tum* pro civitatis, *tum pro periculi* „magnitudine *in quo erant*." Animadvertendum est verba „tum" et „tum pro periculi" et „in quo erant" expressa esse litteris cursivis; quid autem inde statuamus sit necesse de Vallae codice, nescio, cum eum legisse tantum διὰ μέγεθος πόλεως parum speciei habeat. Γὰρ libri B Valla jure omisit.

Caput 59 § 1. Vulg. Οἵ τε οὖν Συρακόσιοι, B οἵ τε οὖν Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι in quibus Kruegero praeunte editores pro τε correxerunt δέ (cf. Class.). Valla qui omne ferat punctum dignus est: „Igitur non immerito Syracusani ac socii."

Ibid. Vulg. ἀγῶνα, B ἀγώνισμα.

Ibid. Vulg. καὶ μηδὲ καθ' ἑκάτερα αὐτούς, μήτε διὰ θαλάσσης μήτε τῷ πεζῷ, διαφυγεῖν, B καὶ μηδὲ καθ' ἕτερα κτέ, quod videtur praestare. Nihil certi lucramur ex Valla, qui liberius verterit: „et utraque parte illum, mari terraque, effugere prohibendo."

Caput 60 § 2. Vulg. πρὸς δὲ αὐταῖς ταῖς ναυσὶν ἀπολαβόντες διατείχισμά τι ὅσον οἷόν τε ἐλάχιστον B.... διατειχίσματι ὅσον κτέ. Etsi paulo liberius locum reddidit, nihilominus Vallam cum libro B facere videmus: „occupatumque ante naves locum quam minimo posset muro concludendum." Ex locis, qualis noster est, librum B et Vallam ceteris omnibus libris pluris valere, ni fallor, quisque statuet.

Ibid. Vulg. ἀσθενέσιν, B ἀσθενοῦσιν cum superscripta vulgata.

Ibid. Vulg. ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου πεζοῦ τὰς ναῦς πάσας .... πληρῶσαι,

B ἁπάσας, quod Vallam arbitror expressisse voce „cunctas". Propterea quod duces Atheniensium duces omnes naves ὅσαι ἦσαν καὶ δυναταὶ καὶ ἀπλοώτεραι, in animo habebant implere, vulgatam libro Vaticano postpono.

§ 5. Vulg. ὁ δὲ Νικίας .... ὁρῶν καὶ τοὺς στρατιώτας τῷ τε παρὰ τὸ εἰωθὸς πολὺ ταῖς ναυσὶ κρατηθῆναι ἀθυμοῦντας καὶ διὰ τὴν τῶν ἐπιτηδείων σπάνιν ὡς τάχιστα βουλομένους διακινδυνεύειν, ξυγκαλέσας ἅπαντας παρεκελεύσατο. B et Valla ante τοὺς στρατιώτας carent particula καί, quam Classenus solus tuetur: Vat. hat καὶ nicht. Doch halte ich es jetzt für wohl begründet, da die ganze voraufgehende Beratung nur mit den Strategen und Taxiarchen gehalten war". Vulgatae sententia haec sit necesse est: Nicias videns non modo duces Atheniensium sed etiam milites fractos esse, omnes convocatos est adhortatus. At duces fractos fuisse animo non legimus [1]). Sed fac hoc ita esse, quid refert utrum duces animum desponderint necne? Num putes Niciam non allocuturum fuisse commilitones suos si οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ταξίαρχοι bono fuissent animo? Et sane nemo mirabitur exercitum animo defecisse post tot tantasque clades acceptas! Quocirca nulla extat causa propter quam scriptor consulto addiderit inutile καί.

Caput 61 § 1. Vulg. ἑκάστοις, B ἑκάστῳ, sed per correctionem ἑκάστοις.

Caput 62 § 2. Libri omnes etiam B: καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται καὶ ὄχλος, ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει οὐκ ἂν ἐχρώμεθα διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν, ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. Stahlium si excipimus omnes editores pro πρόσφορα scribunt πρόσφορος monente Classeno: „καὶ ὄχλος habe ich vom Voraufgehenden durch Interpunktion getrennt; es steht zwar auch

1) cf. c. 60 initium ad ducum abeundi rationes cognoscendas.

zu dem Vb. ἐπιβήσονται in aüsserer Beziehung, doch nur in dem allgemeinen Sinne: „und es wird dadurch an Bord eine Menge Menschen zusammen kommen". Dem ὄχλος aber schliesst sich der zweigliederige Relativsatz an, zu dessen zweitem Gliede aus dem ᾧ des ersten der Nominativ ὅς zu ergängen ist (vgl. zu 1, 10, 3.). Bei dieser unzweifelhaft richtigen Satzverbindung war es aber nöthig, statt des kaum zu erklärenden πρόσφορα zu schreiben πρόσφορος: vgl. eine ähnliche Verschreibung der Endung des Adj. 3, 53, 2". Classeni emendationem testimonio confirmat Valla: Nam sagittarii permulti atque jaculatores in naves ascendent, et tanta hominum multitudo, quanta, pugnantes quidem in libero mari, non uteremur .... sed hic futura est utilis sqq".

§ 3. Vulg. ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα μὴ ἀντιναυπηγεῖσθαι, quibus verbis inanibus medetur B ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι. Sic etiam Valla: „Excogitavimus praeterea alia quae in navibus aedificanda forent" nisi forte, ut putat Poppo, satis apte a Valla etiam pro ὅσα legebatur ἄλλα τε ὅσα, quod Herwerdenus in textum recepit.

§ 3. ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, B non eleganter ante μάλιστα legit δή, cuius particulae vestigium superest nullum apud Vallam, qui in talibus non magna cum diligentia est versatus.

§ 4. Vulg. τῆς γῆς .... πολεμίας οὔσης. Praeter οὔσης B etiam exhibet participium futurum ἐσομένης, quod Valla quoque vidit: „quum terra futura sit hostilis". Habet aliquid quo se commendet ἐσομένης: „omnibus viribus certamen ineatis, inquit Nicias, necesse est, et ut neque ipsi ab hostili classe resiliamus, neque illos a nostra resilire permittamus, hoc nobis utile esse constat, quia quocumque effugeritis in hostilem regionem venietis [1]).

Caput 63 § 1. Vulg. χρὴ .... ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς μὴ πρότερον ἀξιοῦν ἀπολύεσθαι ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας

---

1) cf. c. 63 § 1 χρὴ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτήν.

ἀπχράξητε. Veram scripturam restituit B, qui pro ἄξιον legit ἀξιοῦν, pariter atque Valla: quum navis in navem impegerit, non prius eas dirimendas putare quam armatos, qui pro tabulato hostili stant, detruseritis".

§ 3. Vulg. ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλεῖον μετείχετε (τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας), B καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι recte, quod et Valla docet: „ut cum terrori essetis subditis vestris, „tum vero ab aliis laedi nequiretis.

§ 4. Vulg. δείξατε, ὅτι καὶ μετ' ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης. Injuria B καὶ post ὅτι omittere ex Valla quoque apparet: „ostenditeque vestram peritiam etiam aegrotantium atque afflictorum antecellere alieno robori sqq.".

Caput 64 § 1. Vulg. Τοὺς δ' Ἀθηναίους ἡμῶν πάλιν αὖ κτέ. perperam, neque B scribens ἡ ὑμῶν veram refert lectionem ὑμῶν a Valla expressam: „Rursus iis qui inter vos Athenienses sunt".

Ibid. Vulg. τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν, B male ὑμῶν. Valla recte: „nostros hic (?) relictos".

§ 2. Vulg. ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες praestat libro B in quo abest τέ a Valla non neglectum: „memores et singuli et universi".

Ibid. Vulg. τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν, recte, ut Valla: magnum nomen Athenarum. B Ἀθηναίων.

Caput 65 § 2. Vulg. καὶ ἐπειδὴ πάντα ἑτοῖμα ἦν, B καὶ ἐπειδὴ ἑτοῖμα πάντα ἦν, quem verborum ordinem etiam exhibet Valla: „Quae postquam praeparata sunt omnia".

Caput 66 § 2. Vulg. ἔπειτ' εἰ, B ἔπειτα δ' εἰ. Difficile dictu est, utra lectio praestet. Valla nihil docet.

Ibid. In καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην non facile dixeris quomodo sit explicandum ἤδη. Classenus ex sequentibus τὰς μὲν νενικήκατε

ἤδη ναυμαχίας, ubi in solo B invenitur, huc delatum vocabulum esse suspicatur. Valla neutro loco ἤδη expressit et equidem mihi persuasum habeo in B insertum esse, ut responderet proximo νῦν, quae tamen Vaticani correctio supervacanea ut sit, facit perfectum νενικήκατε.

§ 3. Vulg. ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν. B bis a vulgata recedit et lectiones pejoris notae refert duas, ἀκολουθῶσι et τόγε λοιπόν. Valla ut saepius in locis magis intricatis liberius vertit, sed, licet de scriptura τόγε λοιπόν nihil doceat, tamen eum recte legisse κολουθῶσι ut statuamus, monent verba „spe decepti".

Caput 67 § 1 Vulg. διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. Solus est B, qui refert .... διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς· τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. Fieri potest quod Poppo suspicatur ut oculi librariorum ab altero ad alterum ἐλπίς aberraverint; mirum tamen est omnes libros praeter B compluria haec verba neglexisse, unde fere statueris omnes libros eodem ex codice fluxisse. Valla, homo Graecae linguae non peritissimus, sudat in loco nostro explicando; barbaries est, quam latina sua versione tradit; quod tamen non impedit, quominus Vaticanum stabiliat: „duplex adesse singulis spes debet: una et ea maxima (ἡ μεγίστη ἐλπίς) quae perinde maximam fiduciam praebet (μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται) quod multa a nobis ad audendum (τὰ δὲ πολλὰ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις) comparata sunt".

§ 4. Vulg. ἂν πράξαντες, B EG πράξοντες perperam; est emblema proprie juxta ἂν πράξαντες adpictum. Valla „non deteriora sequuturi".

Caput 68 § 2. Vulg. ἅμα δ' ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. B ἐκγενησόμενον. Valla, qui locum non plane intellexit, nihil de scripturae discrepantia docet, nisi

quod, ut Stahlius animadvertit, jure omisit molestum καὶ ab editoribus omnibus obelo notatum.

§ 3. Vulg. τὸ δὲ πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι. In libro B invenitur τὸ δὲ πραξάντων ἡμῶν quod, etsi quisque ex interpretamento natum esse concedat, Classenus praeter necessitatem recepit. Τὸ δὲ πραξάντων enim quominus de Atheniensibus accipiamus, obstant sequentia τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ .... ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι. Praeterea si de Atheniensibus quis intellegi posse putet τὸ δὲ πραξάντων, moneo pro τὸ δὲ opus fuisse adverbio quale est κακῶς et pro relativo ἃ conjunctione ὡς. Valla nobis nihil opitulatur: „Si vero id fecerimus".

Ibid. Vulg. οἳ ἂν .... ὠφελοῦσιν, B ὠφελῶσιν

Caput 69 § 2. Vulg. ὁρῶν οἷος ὁ κίνδυνος καὶ ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦν. B desiderat ἦν, quod sententiae vim infringere videtur. Dixeris fere et Vallam omisisse vocabulum: „quod cerneret quale periculum esset, quamque vicinum".

§ 3. Vulg. καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον καὶ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι. B unice veram lectionem exhibet καὶ ὁ μὲν οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι, quod etiam expressit Valla: „non tam sufficientia quam necessaria se loquutum ratus."

§ 4. Libri perperam appellant tertium ducem Εὔδημος; Vaticanus solus autem recte habet Εὐθύδημος, quod tuetur Valla.

Ibid. Vulg. Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος .... ἄραντες ἀπὸ τοῦ ἑαυτῶν στρατοπέδου εὐθὺς ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος καὶ τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω. B praeter καταλειφθέντα legit etiam παραλειφθέντα. Satis intricatus est locus. Olim jam Poppo dubitavit de sinceritate verborum καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν, quae speciem interpretamenti ad vocem ζεῦγμα certo certius praebent. Herwerdenus de hisce eodem modo cogitat, aut, si quis verba a Poppone damnata retinenda esse putet, saltem καὶ uncinis includere velit. Et hoc et illud arridet. Textum autem

si scriptori nostro imputamus, quaestio oritur scribamusne *καταλειφθέντα* (B) vel *παραλειφθέντα* (Vulg.) an cum Valla *καταληφθέντα*. Quale futurum sit responsum inde pendet, utrum statuamus Syracusanos clausisse portum totum an modo faucium partem. Classenus hunc in modum disputat: „*τὸ ζεῦγμα* die (c. 59, 2) angelegte Hafensperre in dieser bezeignet *διέκπλους* hier den zur Durchfahrt gelassenen Raum. Den dass die Syrakusier bei der Sperrung ihres eigenen Hafens zur Verhinderung der freien Durchfahrt der Feinde für ihre eigene Benutzung eine Oeffnung gelassen haben, scheint mir notwendig anzunehmen, wenn es auch nicht erwähnt ist". Hac in re a viro docto dissideo. Equidem scriptorem ipsum docere existimo intervalli portus faucium aperti nihil relictum esse, cum quia de tali transitu nusquam fit mentio tum imprimis propter c. 70 § 1 *ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι, τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτουν τῶν τεταγμένων νεῶν πρὸς αὐτῷ, καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλῄσεις.* De introitu altum silentium! Sequitur igitur ut verbis *καταλείπειν* et *περιλείπειν* locus sit nullus. Valla qui vertat: „fauces portus jam praeoccupatas" ut omnes viri docti consentiunt, legit *καταληφθέντα* idque recte. Athenienses ad portus claustra vehebantur conantes ut pernavigatione in altum exire possent *βιασάμενοι τὸν καταληφθέντα διέκπλουν*; etenim (c. 70) *προεξαναγαγόμενοι οἱ Συρακόσιοι .... ναυσί, κατά τε τὸν ἔκπλουν μέρει αὐτῶν ἐφύλασσον.* Lectionem igitur hunc in modum restituo: *ὁ δὲ Δημοσθένης καὶ Μένανδρος καὶ Εὐθύδημος .... ἔπλεον πρὸς τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος [καὶ] τὸν καταληφθέντα*[1]) *διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι ἐς τὸ ἔξω.*

Caput 70 § 1. Vulg. *αὐτοῖς ἅμα*, B *ἅμα αὐτοῖς.*

Ibid. § 2. Vulg. *ἐπειδὴ δ' οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι προσέμισγον τῷ ζεύγματι.* Omnino concedendum est Classeno Vaticanum et paucos alios

---

1) Video Stahlium quoque praetulisse *καταληφθέντα*. Cf. Popponis editio altera, quam auxit et er[illegible]

libros audiendos esse in quibus desideratur ἄλλοι. Eidem enim Athenienses commemorantur, quorum mentio jam facta est c. 69 § 4. Valla cum B facit: „Athenienses posteaquam ad *obsessas* „fauces subiere". Vix opud est dicere etiam minus quam ἄλλοι ferri posse καὶ quod habent E et Dionysius (pag. 875) ante οἱ.

Ibid. Vulg. οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο. Dubito num editores recte B inseruerint ἦν ante ἡ ναυμαχία, cum non solum de pugna in portu, sed etiam de proelio apud claustra, nondum finito, ni fallor, recte dicatur imperfectum ἐγίγνετο. Valla interpretatur: „non jam pro angustiis exitus tantum, sed etiam intra portum proelium gerebatur".

§ 3. Vulg. οἱ ἐπιβάται ἐθεράπευον, ὅτε προσπέσοι ναῦς νηί, B ὁπότε, quod Stahlius et Herwerdenus receperunt et Valla retulit: „quoties navis navem incurreret".

§ 4. Cum Dionysio omnes libri legunt ἐκβολαὶ, solus E. praebet ἐμβολαί. Et Valla a codice E decedere videtur: „rari excursus fiebant".

Ibid. Vulg. ὡς τύχοι recte; B ὡς ἔτυχον.

§ 7. Vulg. πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ βοὴ .... κατὰ τὴν τέχνην καὶ πρὸς τὴν αὐτίκα φιλονικίαν ἐγίγνετο; B ante παρακέλευσις inserit ἡ, et paulo infra τε ante τὴν τέχνην. De articulo a Valla nihil docemur; copulam tamen hoc loco significanter additam eum vidisse constat: „tum ex arte gubernatoria, tum ex praesenti contentione vincendi".

§ 8. Vulg. κατ' ἀνάγκην, B δι' ἀνάγκην, quod Classenus solus probavit (cf. § 6.) 1)

Ibid. Vulg. εἰ τὴν πολεμιωτάτην γῆν οἰκειοτέραν ἤδη τῆς οὐ δι' ὀλίγου κεκτημένης θαλάσσης ἡγούμενοι ὑποχωροῦσιν. Vaticanus solus exhibet οὐ δι' ὀλίγου πόνου, quod stabilitur a Valla: „mare non exiguo labore obtentum". Popponi quominus et hic et aliis in locis acu

1) cf. Stahlius in editione majore.

rem tetigerit in lectionibus statuendis, obstitit virum doctum sibi habuisse persuasum [1]) omnium librorum longe praestantissimos esse Casselanum et Augustanum — cui opinioni nostra quidem aetate nemo assentietur — Vaticanum tamen, licet saepius Graecorum codicum solus veram praebeat scripturam, magni faciendum non esse. Ita fit, ut si quam variam lectionem exhibet B, tenacius interdum optimi libri fidem infringere conetur Poppo, qui de loco nostro [2]) sic: „Vat. Bekk. δι' ὀλίγου πόνου. At formulam δι' ὀλίγου modo loci, modo, ut hic, temporis spatium designantem Thucydides amat, et quamquam Athenienses alibi se non sine labore et periculis imperium sibi peperisse dicunt, hic ubi oppositum ἤδη de tempore agi docet, melius id jam per satis longum tempus se tenere gloriabuntur". Hisce nihil mutor sententia. Ipse enim vir doctus concedit Athenienses et alibi non sine labore se maris imperio potitos esse affirmare. Quidni et hic? Magis enim ut imperium suum defendant Athenienses adducentur revocantes sibi in memoriam quanto labore quantisque periculis τὴν ἡγεμονίαν pepererint, quam reputantes se jam satis diu maris principatum obtinuisse. Quod Poppo opinatur oppositum ἤδη de tempore agi docere, hoc si verum esset, sane aliquid ad rem dixisset, ita autem non est; ἤδη enim conjungas oportet cum ἡγούμενοι ut vocis locus jam monet. Denique rogare velim cum Goellero si πόνου interpretamentum esse putes, quomodo explicaveris libro B consentire Dionysium et Scholion et imprimis Vallam, cuius quod ad stirpem attinet codex nulli eorum, qui aetatem tulerunt, est similis.

Ibid. Vulg. ἀποχωροῦσιν, B ὑποχωροῦσιν recte. Valla: „cederet".

Ibid. B alterum εἰ injuria omittit. Valla expressit: „num".

Caput 71 § 3. Editores receperunt vulgatam: καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, B καὶ ἁπάντων ἅμα, ut Valla: „nam

1) cf. Poppo. Prs. II. Vol. I. pag. 24

2) cf. Poppo. ibid. pag. 4'

quum esset e vicino spectaculum, et omnes pariter eodem intuerentur". Si ἐς τὸ αὐτὸ intelligimus de universa pugna, quae angusto gerebatur loco, B et Valla recte se habent; si tamen putamus alios aliam in certaminis partem oculos direxisse, vulgata probanda est. Locus cum sit corruptus, nihil me judice pro certo statuere licet.

Ibid. Vulg. ἀνεθάρσησάν τε ἄν. B injuria ἄν omisit.

§ 7. Vulg. ἦν τε ἐν τῷ παραυτίκα οὐδεμιᾶς δὴ τῶν ξυμπασῶν ἐλάσσων ἔκπληξις, quod habet etiam Valla: „Fuit autem (legitne „δέ?) eo momento pavor tantus, ut nullus ex superioribus exstiterit „major". B pro ξυμπασῶν commendat infelicem correctionem συμφορῶν.

Ibid. Vulg. τοῖς Λακεδαιμονίοις, B articulum non exprimit.

Caput 72 § 2. Vulg. τῆς δὲ νυκτὸς ἐβουλεύοντο εὐθὺς ἀναχωρεῖν. Ex B editores receperunt ἐβούλοντο, quod Classenus defendit: ἐβούλοντο Vat. „nur das war ihr verlangen". ἐβουλεύοντο der übrigen Hss. passt schon wegen εὐθύς nicht hierher", Quae si vera sunt necesse est Athenienses τῆς δὲ νυκτὸς abiisse voluisse. Cuius tamen militum desiderii mentio nulla fit, neque duces huic abeundi consilio obstitisse legimus. Imo cum naves ascendere juberentur, ut ἅμα ἕῳ τὸν ἔκπλουν βιάσασθαι conarentur, non statim noctu eos abire voluisse, sed modo recusavisse, quominus maritimo itinere decederent, auctor narrat. Equidem retinere malim vulgatam a Valla expressam: „consultabant".

§ 4. Vulg. τῇ ἥσσῃ, B τε τῇ ἥσσῃ. Copula praeter necessitatem additam apud Vallam non exstat.

Caput 73 § 1. Vulg. λέγων ταῦτα καὶ ἃ αὐτῷ ἐδόκει, B ἃ καί. Herwerdeno praeeunte Stahlius uncinis inclusit verba, quae revera desiderant interpretationem. Classeni annotatione „καὶ αὐτῷ aus eigener Vermutung" quid lucremur, non video. Valla in parenthesi

reddens verba „commemorans haec et alia quae ipsi videbantur" consentit vulgatae, quae stulta certe non est quamque Stahlius olim probabat.

Ibid. Vulg. καὶ τὰ στενόπορα τῶν χωρίων προφθάσαντες φυλάσσειν. Solus est B, qui legit διαλαβόντας, quod et Vallam vidisse puto: egredi omnes Syracusanos pariter et socios ad obstruendas vias, occupandasque locorum angustias atque custodiendas". Cuius verbi etsi apud nostrum vestigium nullum superest, optime tamen nostro loco quadrat, et Polybius (1, 18. 4, 67) ut etiam Suidas, scriptoris nostri imitatores, διαλαβεῖν testimonio confirmant. Quidquid id est, concedamus oportet Classeno „wohl konnte ein Abschreiber für das seltene διαλαβόντας das geläufige (l. 21. 3, 69, 2. 8, 51, 1) προφθάσαντες schreiben, nicht umgekehrt; jenes stammt aus einer besseren Quelle".

§ 2. Vulg. ἀναπεπαυμένους, B πεπαυμένους, lectio deterior. Valla liberius vertit.

Ibid. Vulg. ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς .... θυσία οὖσα, B neglexit αὐτοῖς. Valla: „instabant enim eo die sacrificia Herculis".

Caput 74 § 1. Vulg. ἀναλαβόντες, B ἀναλαβόντας magis ex usu Thucydidis. Valla certiores nos nihil facit.

§ 2. Vulg. καὶ τῶν ποταμῶν, B jure non exhibet articulum.

Caqut 75 § 1. Vulg. τῷ N. καὶ τῷ Δημοσθένει, B alterum τῷ omittit.

§ 4. Vulg. ἐπακολουθοῦντες ὅσον δύναιντο, B recte ἐπακολουθοῦντες ἐς ὅσον δύναιντο; aptius enim dicitur „insequi quousque possunt" quam „quantum possunt". Praepositio propter praecedens ἐπακολουθοῦντες facile excidere potuit. Valla B consentit: „quousque poterant insequentes".

Ibid. Valla mihi videtur facere cum B, qui pro vulgatae εἴ τῳ δὲ προλείποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα tradit προλίποι; „quod siquos prius vires membrorum defecissent"

Ibid. Vulg. ἀπολειπόμενοι B ὑπολειπόμενοι, quod elegantius est dictum. Ex Valla nihil liquet: „deserebantur".

Ibid. Vulg. τὰ δὲ περὶ τῶν ἐν ἀφανεῖ δεδιότας μή τι πάθωσι, B .... μὴ πάθωσι. Molestum et languidum τί Valla omisit: „et majore „quam quem lacrymis ostendebant moerore tum ex iis quae jam „passi erant, tum ex iis quae intra se, ne paterentur formidabant".

§ 5, Vulg. πάντες ἔφερον, B ἔφερον πάντες.

Ibid. Vulg. καὶ τούτων οἵ τε ἄλλοι ἔφερον πάντες ὅ τι τις ἐδύνατο κατὰ τὸ χρήσιμον; B pro κατὰ τὸ praebet simplicius ἕκαστος etiam a Valla expressum: „quorum ceteri omnes, ut quisque poterat, sibi utilia .... ferebat". Kruegerus fuit, qui lectionem variam in dubio posuit: „ἕκαστος für κατὰ τὸ eine gute Hs. Mir scheint es Glossem zu τίς. Denn man sagte wohl ἕκαστός τις, aber schwerlich τὶς-ἕκαστος". Classenus autem et Stahlius duos laudant locos, in quibus τὶς ἕκαστος inveniatur ideoque quin optimum sequamur librum scrupulus restat nullus.

Ibid. Vulg. αὐτοί τε καὶ. B et Valla jure omittunt τε καὶ quae nullo modo ferri possunt.

Ibid. Vulg. πεζοὺς δὲ ἀντὶ ναυβατῶν πορευομένους; B rectius πεζούς τε κτἑ. Valla liberius vertit quam ut de scriptura eius quid statuere possimus.

Ibid. ὁπλιτικῷ προσσχόντας, B προσέχοντας recte, sic etiam Valla: „armato agmini magis quam classi vacantes".

Caput 77 § 1. Vulg. ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν. Vat. hoc capite ἔτι omittens, fini praecedentis capitis jungit τι. Et vulgata et B aliquid quo se commendent habent, etsi fortasse majore cum emphasi dicitur καὶ ἐκ τῶν παρόντων. Valla locum hoc modo interpretatur: „et quum vellet, ut qui plurimum posset, prodesse eis (i. e. καὶ βουλόμενος ὡς ἐπὶ πλεῖστον ὠφελεῖν τι c. 76) ex praesenti quoque rerum statu" (i. e. καὶ ἐκ τῶν παρόντων). Apparet igitur eum, quod ad singula attinet verba, Vaticani lectionem referre, textum autem habuisse ante

oculos longe aliter interpunctum, ita ut καὶ ἐκ τῶν παρόντων cum praecedentis capitis fine conjungeretur. Quae interpungendi ratio non displicet; quomodo significantius orationem incipias quam: Ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν.

Ibid. Vulg. καταμέμψασθαι B καταμέμφεσθαι. Valla „succensere".

§ 2. Vulg. κατὰ τὸν ἴδιον βίον καὶ ἐς τἆλλα; B post κατὰ inserit τε; recte, ut etiam Valla „cum ad victum tum ad alia pertinentibus.

§ 4. Vulg. καὶ ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς οἳ ὁπλῖται ἅμα καὶ ὅσοι τεταγμένοι χωρεῖτε. Pro soloeco οἳ Vaticanus praebet οἷοι, unice verum, quod a Valla, licet liberius verterit quam accuratius, stabilitur: „quum „intueamini vosipsos qualis armatura vestra sit et quantus numerus pergentis agminis".

§ 5. Vulg. ἐν ᾧ ἂν ἀναγκασθῇ χωρίῳ μάχεσθαι, B injuria particulam omittit.

§ 6. Vulg. ἐχυρῷ, B male ὀχυρῷ.

Ibid. Vulg. προπέμπετε δ' ὡς αὐτοὺς καὶ ἀπαντᾶν εἰρημένον καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν, B προπέπεμπται. Cum ducis, non militum, sit mittere ad civitates, quae rem frumentariam compararent, cumque sero fuisset, si nunc demum a gentibus amicis auxilium petiissent, vulgata cedat Vaticano, etsi non dissimulo me putare pro vulgata quodammodo facere c. 80 § 5 ἤλπιζον γὰρ καὶ τοὺς Σικελοὺς ταύτῃ οὓς μετεπέμψαντο ἀπαντήσεσθαι. Quod perraro fit, Valla hic cum vulgata pejore facit: „Ad quos praemittite". Equidem mihi persuasum habeo aut lectionem esse corruptam — quod ut existimes fere suadet mirum εἰρημένον — aut omnes libros eadem qua vulgatam laborare menda, Vaticanum autem esse sanatum conjectura quam uniuscuiusque est periclitari. Duas tamem in res Vallae interpretatio nobis usui est: primo perversa lectio, quam refert, nos monet eum usum esse codice plane diverso a Vaticano; quo fit ut sicubi cum B in ἅπαξ λεγομένῳ concinit, variae lectionis momentum augeatur. Deinde in verbis corruptis καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν viam emendatori monstravit. Cum enim apud Vallam legatur „pariter

et commeatum", Reiskio in promptu fuit pro ἄλλα restituere ἅμα, quod omnes editores receperunt [1]).

§ 7. Vulg. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶτε, B τε. Ex Valla nihil discimus.

Ibid. Vulg. ὅποι ἂν σωθείητε B quoque falso διασωθείητε [2]), cum σωθεῖτε sit scribendum. Valla: in quo salvi esse possitis".

Caput 78 § 2. Vulg. τὸ δ' ἐχώρει ἐν διπλασίῳ τεταγμένον τὸ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους. B τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον, πρῶτον μὲν ἡγούμενον τὸ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους. Cum διπλασίῳ plane displiceat dubium nullum est, quin solus B veram retulerit scriptoris manum τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον „quadrato agmine ibant", ut interpretatur Valla.

Quod autem B ab omnibus libris recedens ante τὸ Νικίου inseruit πρῶτον μὲν ἡγούμενον, valde dubito. Equidem verba πρῶτον μὲν ἡγούμενον τὸ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους spuria duco. Constat ni fallor Niciae et Demosthenis, id est totum, exercitum iter fecisse agmine quadrato: quomodo igitur fieri potuit ut Niciae agmen anteiret, Demosthenis autem sequeretur? Deinde confiteor mihi perspicuum non esse quomodo fieri potuerit, ut scriptor loqueretur de Niciae exercitu et Demosthenis; nusquam enim de diversis utriusque ducis copiis sermo fit. Accedit ut nihili non putem faciendum esse et apud Vallam, alibi Vaticani sectatorem, ut ait Poppo, verba πρῶτον μὲν ἡγουμένου non agnosci. Me judice damnata verba originem petunt ab interprete, qui monitus c. 80 § 4 καὶ τὸ μὲν Νικίου στράτευμα, ὥσπερ ἡγεῖτο, ξυνέμενε perverse abeundi agminis rationem adscripsit.

Ibid. Vulg. ἐφεπόμενον vera forma, B ἑπόμενον.

Ibid. Vulg. recte ἐπ' αὐτῷ, B ἐν αὐτῷ. Valla: „illic".

Ibid. Vulg. ξυμμάχων. B perperam addit articulum.

---

1) cf. c. 79 § 3, ubi Valla ἔτυχον δὲ καὶ βρονταί τινες ἅμα γενόμεναι καὶ ὕδωρ hisce latinis expressit: „quum praesertim existerent tonitrua pariter et imbres".

2) De Vaticani verbo composito cf. praef. pag. VIII.

§ 4. Vulg. recte *προελθόντες*, B *προσελθόντες*. Valla respondet vulgatae: „quum viginti circiter stadia processissent".

Ibid. B male omittit *ᾗ*, quod apud Vallam relatum invenitur „qua".

§ 6. Vulg. *οἱ τῶν Συρακοσίων καὶ ξυμμάχων αὐτοὺς ἱππῆς καὶ ἀκοντισταὶ ὄντες πολλοὶ ἑκάτεροι ἐκώλυον*. B pro *ἑκάτεροι* praebet *ἑκατέρωθεν*, unice verum, ut etiam Valla: „utrinque obequitantibus".

Caput 79 § 1. Vulg. et B *καὶ ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν τὸν ἀποτετειχισμένον*. Quaestione de verbi *ἐλθεῖν* sinceritate in medio relicta, Stahlii gratia animadverto me non videre, quomodo vir doctus existimare possit Vallam omisisse *ἐλθεῖν* vertentem: „vi pervadunt ad tumulum". Dubium nullum esse potest, me quidem judice, quin Valla id, quod est *ἐβιάσαντο*, expresserit per „vi", cum *ἐλθεῖν* i. e. eundi notio reperiatur in „pervadunt".

§ 2. Vulg. *οὐ δυνάμενοι βιάσασθαι ἀνεχώρουν*, B deterius *ἀπέχωρουν*. Valla recte „retro se receperunt".

§ 3. Vulg. *ἔτυχον δὲ καὶ βρονταὶ τινες ἅμα γενόμεναι καὶ ὕδωρ*. B pro *δὲ* habet *γὰρ*, quod parum se commendat. Pulcre hic libri B natura apparet, ut etiam duobus versibus post, ubi iterum *γὰρ* praeter necessitatem inserit. Qui enim fieri potest, quin *γὰρ* post *ἔτυχον* a correctoris manu minimeque e libro archetypo emanaverit. Saepius B varias praebet lectiones, quae utrum scriptori ipsi debeantur necne nostra aetate decernere nequeamus cf. supra c. 78 § 2. Semel iterumque emendatorem manifestum deprehendere licet, ut nostro loco, ubi *γὰρ* omnino ferre non possumus propter verba *ἀφ' ὧν οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον ἔτι ἠθύμουν*. Valla liberius: „quum praesertim existerent pariter et imbres qualis anni tempore in autumnum jam vergente fieri consuevere: unde exterriti sunt eo vehementius Athenienses quod existimarent in suum exitum ista etiam omnia fieri".

§ 4. Vulg. *ἀναπαυομένων δ' αὐτῶν ὁ Γύλιππος καὶ οἱ Συρακόσιοι πέμπουσι*. B omni sensu vacuam particulam *καὶ* addit ante *αὐτῶν*, a Valla omissam.

§ 4. Vulg. ἀποτειχοῦντας ἐκ τοῦ ὄπισθεν, B non male post ἀποτειχοῦντας inscrit αὖ, quod autem annon a scriptore ipso ducat originem, subdubito. Valla in vocabulis minoribus exprimendis operam posuit satis parvam [1]).

§ 5. Vulg. μετὰ δὲ ταῦτα, B μετὰ δὲ τοῦτο. Valla liberius „mox."

Caput 80 § 1. Vulg. ἐπειδὴ κακῶς σφίσι τὸ στράτευμα εἶχε τῶν τε ἐπιτηδείων πάντων ἀπορίᾳ ἤδη καὶ κατατετραυματισμένοι ἦσαν πολλοί. Vaticanus, qui saepius multo minorem ob causam addiderit τε, hic negligit copulam, attamen injuria, cum τῶν ἐπιτηδείων πάντων ἀπορίᾳ et κατατετραυματισμένοι ἦσαν πολλοὶ recte inter se conjungunt particulae τε-καί. Opinio enim Classeni, docentis καὶ κατατετραυματισμένοι ἦσαν-γεγενημένας non pendere a conjunctione ἐπειδή, sed in parenthesi ponendum esse, ad Vaticanum tuendum ficta mihi videtur, praesertim cum Valla, qui alibi fortasse interdum τε omisit, nostro loco expresserit.

Ibid. Vulg. καύσαντες, B καύσαντας quod recepit Herwerdenus.

§ 2. Vulg. κατὰ θάτερον μέρος τῆς Σικελίας. Vocabulum μέρος, quo non libenter cum B caremus, Valla vertit per „oram": „in adversam prorsus Siciliae oram".

§ 4. Vulg. τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ τὸ πλέον. B τὸ ἥμισυ μάλιστα καὶ πλέον, lectio praestantior. Vallae non cognoscimus lectionem vertentis „at Demosthenicarum dimidium pene ac major pars interrupta est".

§ 5. Vulg. ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, B ἐπὶ, quod ob sequens παρὰ praestat. Valla nos nihil docet „quum ad Cacyparim fluvium devenissent".

Ibid. B διὰ τῆς μεσογείας. Articulo autem opus non est.

Ibid. Vulg. μετέπεμψαν, B μετεπέμψαντο, quod recentiores editores receperunt. Valla: quos arcersissent".

---

1) cf. praef. pag. VI.

§ 6. Vulg. *εὗρον .... φυλακήν τινα .... ἀποτειχίζουσαν καὶ ἀποσταυροῦσαν τὸν πόρον.* B *τε* ante *καὶ* inserit; qua de particula nihil docet Valla: „offendunt .... custodias .... obsepientes vada munitionibus ac vallo".

Caput 81 § 2. Vulg. recte *τότε*, B *τε*.

Ibid. Vulg. *καὶ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων ἐκυκλοῦντό τε ῥᾷον αὐτούς, δίχα δὴ ὄντας, καὶ ξυνῆγον ἐς ταὐτό*, B omittit copulam. Valla „circumdatoque equitatu, eos in idem loci urgent, eo facilius quod bifariam divisi jam erant". Perverse B quoque pro *δὴ* exhibet *ἤδη*.

§ 3. Vulg. *τὸ δὲ Νικίου στράτευμα ἀπεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν καὶ π ε ν τ ή κ ο ν τ α σταδίους.* B et Valla numerum *ἑ κ α τ ὸ ν κ α ὶ π ε ν τ ή κ ο ν τ α* habent. Sane dandum est editoribus non tam facile fieri potuisse, ut una nocte tanto centum et quinquaginta stadiorum intervallo Atheniensium duces a se invicem separarentur. Equidem quia Vaticanus et Valla consentiunt de corruptela loci graviore cogito.

Ibid. Vulg. *θᾶσσόν τε γὰρ ὁ Νικίας ἦγε, νομίζων οὐ τὸ ὑπομένειν ἐν τῷ τοιούτῳ ἑκόντας εἶναι καὶ μάχεσθαι σ ω τ η ρ ί α ν*, B legit *σωτήριον* a manu priore, quod, abstracte dictum, elegantiam sermonis auget, quodque Valla existimo exprimere: „Nam Nicias ocyus suos ducebat, existimans minime s a l u t a r e esse tali in tempore ultro „cunctari et dimicare". Quamquam *σωτηρίαν* stabilitur l. 6, 60, 3; ibi autem Valla etiam substantivo usus est, unde eum nostro loco adjectivum vidisse fere statuendum est.

§ 4. Vulg. *ἐν πόνῳ τε.* Particula, cui locus nullus est, abest in B, neque apud Vallam invenitur „Demosthenes autem multiplici frequentique magis labore implicebatur.

Ibid. Vulg. *πολλῷ θορύβῳ αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι ἦσαν*; B jure ante *πολλῷ* inserit *ἐν*, de qua correctione apud Vallam necessario nihil apparet. Fuit Kruegerus, qui *Ἀθηναῖοι* obelo notavit, cum non soli Athenienses cum Demosthene essent. Molestum sane vocabulum

Valla non reddidit: „magna perturbatione ipse pariter ac milites eius afficerentur" [1]).

Ibid. Vulg. ἐβάλλοντό τε περισταδόν. Otiosum τε jure omittunt B et Valla.

§ 5. Vulg. καὶ ἅμα φειδώ τέ τις ἐγένετο, B ἐγίγνετο, quod propter ἦν et ἐνόμιζον majorem habet speciem. Ex Valla nihil lucramur.

Caput 82 § 1. Dobraeus librorum γοῦν emendavit in δ' οὖν, quod post digressionem exspectamus quodque Vallam referre fere dixerim „Itaque ubi .. viderunt".

§ 3. Vulg. Νικίας δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν ποταμόν. Praestat sine dubio B ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Valla: „hoc ipso die"

Ibid. Vulg. καθεῖσε, B ἐκαθεῖσε. Legendum καθῖσε.

Caput 83 § 2. Vulg. μέχρι οὗ δ' ἄν, B μέχρι δ' οὗ ἄν. Legendum μέχρι δ' ἄν, ut vidit Dindorfius [2]).

§ 4. Vulg. ὅμως δὲ τῆς νυκτὸς φυλάξαντες τὸ ἡσυχάζον ἔμελλον πορεύσεσθαι, B et M πορεύεσθαι, quod futuro in Attico sermone postponendum est [3]). Certi nihil docet Valla: „habentes in animo discedere".

Caput 84 § 4. Vulg. Πίνοντάς τε τοὺς πολλοὺς ἀσμένους. M omisit τούς, quod neque Vallam, vertentem „multos", vidisse dixeris primo obtutu; articulum autum incuria omissum esse, eo magis fit verisimile, quod etiam in capitis fine τοῖς πολλοῖς parum accurate interpretatus est „multos". In voce ἀσμένους a vulgata recedit B, in quo est ἀσμένως; quod autem adverbium minus ex scriptoris usu

1) cf. c. 82 § 1 ἀπεχώρησάν τινες πόλεις κτέ.

2) Dindorf. praef. ad Diod. I, XXVII.

3) cf. VIII c. 6, 5.

dictum videtur [1]). Quod Valla „multos etiam avide potantes" interpretatus est, non permagni est faciendum, cum in latino sermone fere necessario opus sit adverbio.

Caput 85 § 1. Vulg. *καὶ ἑαυτῷ μὲν χρῆσθαι ἐκέλευεν ἐκεῖνον*. B *χρήσασθαι*, quod recentiores editores receperunt, et propter sequens *παύσασθαι* speciem sane habet. Vallam frustra adibimus.

§ 2. Vulg. *καὶ τούς τε λοιπούς .... ξυγκομίσας ζῶντας*. B sententiae tenorem restituit pro participio praebens *ξυνεκόμισαν*. Valla liberius: „caeteri .... vivi sunt capti".

Caput 86 § 2. Vulg. *τοὺς μὲν ἄλλους Ἀθηναίων κατεβίβασαν ἐς τὰς λιθοτομίας, ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τήρησιν*. Fuit Madvigius, qui post *ἀσφαλεστάτην* addidit *ταύτην*, cum post superlativum facillime pronomen excidere potuerit. Quam disputationem nihil infitians Classenus declarat se, etsi intellegit optime fieri posse ut Madvigius recte opinetur, textum mutare nolle nisi alio testimonio allato. Jam vero lubet animadvertere pro viro illustrissimo Dano facere Vallam: „tutissimam existimantes eam esse custodiam".

Ibid. Vulg. *ἄκοντος τοῦ Γυλίππου*, B articulum omittit.

§ 4. Vulg. *ἀνθ' ὧν οἵ τε Λακεδαιμόνιοι ἦσαν αὐτῷ* (i. e. Niciae) *προσφιλεῖς, κἀκεῖνος οὐχ ἥκιστα πιστεύσας ἑαυτὸν τῷ Γυλίππῳ παρέδωκεν*. B ante *πιστεύσας* inserit *διὰ τοῦτο*, quod apud Vallam non exstat. Additamentum jam in dubio posuit Poppo ut etiam Arnoldus, qui hoc modo disputat: „Frustra additum *διὰ τοῦτο* nam *ἀνθ' ὧν πιστεύσας-παρέδωκεν* etsi non prorsus subtiliter dictum est, quum proprium dicendi genus esset *δι' ἅ*, tamen exemplum levissimum est illius usitatae negligentiae, qua vocabulum aut formula quaedam duobus enunciationis membris adjungitur, quorum alteri proprie tantum convenit". Mihi quidem Arnoldi indulgentia non placet, cum vulgatam elegantia sermonis putem praestare Vaticano, cuius *διὰ*

---

1)

τοῦτο mutandum erat in διὰ ταὐτό. Et ad ἦσαν προσφιλεῖς et ad πιστεύσας referendum est ἀνθ' ὧν, quod respondet latino „quapropter".

Ibid. Vulg. μὴ χρήμασι πείσας τινάς; B significanter ante πείσας addit δή. Valla in parvis illis, quale est δή, vocabulis exprimendis haud magnam posuit operam.

Ibid. Vulg. πείσαντές τε τοὺς ξυμμάχους. Spuriam copulam omittunt B et Valla.

§ 5. Vulg. διὰ τὴν πᾶσαν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν, B διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν. Classenus in annotationibus criticis de horum verborum significatione sapienter disseruit librique Vaticani ἐς ἀρετὴν haud illepide defendit. Praeter scholion additamentum etiam probat Valla, etsi liberius vertit: „ob studium virtutis quod omne in illam conferebat", jure etiam omittens ἐς τὸ θεῖον, quod vulgo post νενομισμένην legitur.

Caput 87 § 1. Vulg. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας πολλούς; B post ὄντας habet καὶ ὀλίγῳ ad sententiam aptissima et sine dubio sincera verba, quae Valla quoque reddidit: „Siquidem quum tot essent in loco depresso et arcto".

Ibid. Vulg. ἐς ἀσθένειαν, B perperam ἐπ' ἀσθενείᾳ. Valla nihil docet.

§ 2. Vulg. ξυννενημένων, B perverse ξυνενηνεγμένων. Valla „coacervata".

Ibid. Vulg. ἐν τοιούτῳ χωρίῳ, B ut videtur jure ἐν τῷ τοίουτῳ χωρίῳ. Articulus propter prorsus singularem captivorum condicionem Stahlio necessarius esse videtur. Valla „in hoc loco".

§ 3. B injuria μὲν negligit.

§ 4. Vulg. ἐλήφθησαν δ' οἱ ξύμπαντες recte; locus enim nullus est vocabulo καὶ ante οἱ in B inserto et a Valla neglecto.

Ibid. Vulg. ἀκριβείᾳ μὲν χαλεπὸν ἐξειπεῖν, B εἰπεῖν. Valla: „exacte dicere arduum".

LIBER VIII.

Caput 1 § 1. In μὴ οὕτω γε ἂν πανσυδὶ διεφθάρθαι, solus B pro ἂν tradit ἄγαν, quod Vallam quoque expressisse, Poppone auctore, docet Stahlius, haud certa me judice affirmans, cum ex liberiore interpretatione Vallae lectio disci non possit. Temere Classenum et Stahlium Vaticani auctoritati cessisse opinor cognita annotatione viri clarissimi Naberi, qui [1]) invictis documentis spuriam vocis ἄγαν naturam arguit. „Dio Cassius", inquit vir doctus, „.... locum *terdecies* imitatus est, neque umquam absurdum illud ἄγαν adscripsit!" Valla: „undique omnia funditus esse eversa."

Ibid. Vulg. καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. In B pro ἐπήλπισαν est ἔπεισαν, quod, etsi ab omni parte quadrat, tamen minorem fere habet speciem, cum verbum inusitatius ἐπηλπίσαν facilius abire potuerit in ἔπεισαν quam invicem. Vallae „suasissent" cum Vaticano facere dixeris [2]).

§ 3. Vulg. παρασκευάζεσθαι .... ὅθεν ἂν δύνωνται. B injuria omittit ὅθεν a Valla probatum: „naves undecunque possent comparare."

§ 4. Vulg. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. B post haec verba inserit τοῦτο, quod cum alibi nusquam addiderit scriptor, jure ab Herwerdeno est rejectum. Ex Vallae interpretatione „atque haec aestas excessit" nihil statuendum est, cum etiam alibi, ubi in libris pronomini

---

1) cf. Mnemosynes N. S. vol. XIV. pag. 424.

2) cf. c. 6 § 2 ubi Valla πείσουσι interpretatus est „persuadere."

locus est nullus, eodem modo ac loco nostro interpretatus est. (cf. VII c. 9).

Caput 2 § 1. Vulg. καὶ ἅμα ἡγούμενοι βραχὺν ἔσεσθαι τὸν λοιπὸν πόλεμον. Praecedens νομίσαντες facit, ut inutile additamentum sit ἡγούμενοι, quod in B abest neque a Valla refertur.

§ 2. Vulg. recte ὀργῶντες, B ὀργῶντας.

Ibid. Vulg. ὡς τό γ' ἐπιὸν θέρος οἷοί τ' ἔσονται περιγενέσθαι. Sic etiam Valla. Attamen B ante οἷοι inserit αὐτοί, quod, licet primo arrideat obtutu atque cuique ad sententiae gravitatem augendam videatur inserendum esse, nihilominus a scriptore additum esse vix potest. Quis enim crediderit Athenienses, qui vel adjuti sociorum auxiliis cladem accepissent in insula Sicilia, insequenti aestate solos superiores futuros esse pedestribus maritimisque copiis amissis juventutis flore deperdito? (cf. c. 1 § 2).

§ 3. Vulg. ὡς εἰκὸς, B ὡς εἰκὸς ἦν. Valla nihil docet.

§ 4. Vulg. πανταχόθεν τε; B minus verisimilem exhibet lectionem scribens πανταχόθεν δέ. Valla nihil docet.

Ibid. Vulg. λογιζόμενοι, B διαλογιζόμενοι, quod alibi apud scriptorem nostrum non invenias. Notum sane est hoc ultimo libro semel iterumque Thucydidi ἅπαξ λεγόμενα vocabula imputari, cum autem simplex λογίζεσθαι optime se habeat, nihil cur mutemus causae suppetere puto.

Ibid. B injuria omittit εἰ, quod Valla expressit.

Caput 3 § 1. Vulg. καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ Θεσσαλῶν ὑπηκόους, μεμφομένων καὶ ἀκόντων τῶν Θεσσαλῶν, ὁμήρους τέ τινας ἠνάγκασε δοῦναι, B pro μεμφομένων legit μεμφομένους, quod propter vicinum ὑπηκόους corruptum esse apparet. Valla Vaticani lectionem exhibet: „et alios circa populos ditionis Thessalorum, sibi suspectos, ipsis etiam Thessalis invitis."

§ 2. Vulg. καὶ Κορινθίοις recte ut Valla: „item Corinthiis." B Κορινθίοις δέ.

Ibid. B καὶ Ἀρκάσι δέκα, contra computationem summae navium, ut Stahlius docet.

Caput 4 § 1. Vulg. ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ, B ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι τούτῳ. Quia jam superiore capite uberius de iis, quae hac hieme gestae sunt, rebus disseruit scriptor, haud male additur αὐτῷ, quo sententiae significantia quoque augeatur. Valla: „per hanc ipsam hiemem."

Ibid. Vulg. εἴ πού τι, B εἴ τί που.

Ibid. Vulg. ξυστελλόμενοι, B ante participium male inserit οἱ.

Caput 5 § 1. Animadvertere velim non vera dicere Stahlium, qui obelo notans τῶν Ἀθηναίων docet Vallam omisisse haec verba. Immo exstant apud Vallam neque tantopere languent, ut damnentur necesse sit. Alibi sexcenties magis offendimur nominibus propriis praeter ullam necessitatem additis iteratisque.

§ 2. Vulg. ὃς .... πλεῖν ἔμελλε, B ὡς perperam. Valla: „qui in Euboeam iturus erat."

§ 3. Vulg. ἔχων τὴν μεθ' ἑαυτοῦ, B perverse αὐτοῦ.

Ibid. Vulg. δύναμιν γὰρ ἔχων αὐτὸς ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν. B εὐθύς pro αὐτός. Vulgatam ferri non posse haud libenter dixerim; attamen Vaticanus praestare videtur, quia ἑκασταχόσε melius cum παρῆν quadrat recepto quam omisso adverbio εὐθύς, quo etiam causa, propter quam Agis δεινὸς esset, significatur. Valla consentit B: „Quippe habens exercitum, protinus ubicunque libebat, imperiosus aderat."

§ 5. Vulg. ὑπισχνεῖτο τροφὴν παρέξειν. Interpretis manum reprehendas in B, ubi ante τροφὴν insertum est futile additamentum ἱκανὴν, cuius vocis νοθεία agnoscitur Vallae interpretatione, in qua „affatim" i. e. ἱκανὴν cursivis litteris expressum sit.

Ibid. Vulg. ἀφεστῶτα περὶ Καρίαν, recte ut Valla: „perfugam circa Cariam. B τὰ περί.

Ibid. Vulg. ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτείνειν. Herwerdeno auctore Stahlius necessariam fere emendationem ἀποκτενεῖν in textum recepit; futurum a Valla quoque servatum: „aut excepturum vivum, aut interfecturum".

Caput 6 § 1. Vulg. περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, B ὑπὲρ perperam. Ex Valla nihil apparet neque paulo infra § 2, ubi B pro πείσουσι perperam πείσωσι tradit.

§ 2. Vulg. B injuria ὁ μὲν pro οἱ μὲν. Valla recte: „illis".

§ 3. Vulg. Ἐνδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν. Ante ἐς in B est καὶ, ut sit sententia: vel conjunctissimus hospes erat paternus. Vallam quoque vertentem: „erat imprimis hospes etiam paternus" καὶ vidisse apparet. Quae vera sit lectio, in medio relinquamus necesse est.

§ 4. Vulg. καὶ ἄλλα ἡ πόλις ἱκανή εστι. Iteratum εἰ ante ἡ libri B nemo praeter Classenum interpres recepit neque Valla expressit.

§ 5. Vulg. καὶ τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων αὐτοὶ ἔμελλον πέμπειν καὶ Μελαγχρίδαν. B et liber C pro αὐτοὶ habent αὐτοῖς. Valla neglegenter neutrum vocabulum expressit. Equidem miror omnes editores fidem habere lectioni αὐτοί. Classenus nominativum αὐτοὶ defendit, dicens primo Lacedaemonios habuisse in animo armare decem illas naves suis ipsorum militibus; terrae autem motu exorto consilium mutasse et pro navibus decem modo dedisse quinque et pro militibus Spartiatis dedisse perioecos. Rogare tamen velim unde vir clarissimus noverit decem naves Spartiatas Lacedaemoniis civibus instruere voluisse? Mutatum consilium Thucydides perspicuo refert modo: ἀντὶ τοῦ Μελαγχρίδου Χαλκιδέα ἔπεμπον καὶ ἀντὶ τῶν δέκα νέων πέντε παρεσκευάζοντο. Sed de militum natione altum silentium! Etenim si αὐτοὶ esset verum et Lacedaemonii si suis civibus naves decem armaturi fuissent, haud dubie verbis ἐν τῇ Λακωνικῇ aliquid opposuisset scriptor, unde appareret, quibus militibus usi fuissent nisi terrae motu deterriti consilium prius reliquissent.

Quod B pro πέμπειν exhibet futurum πέμψειν, hac in re editores eum merito sunt secuti. Vala „missuri erant".

Caput 7 § 1. Vulg. τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθύς, B ἅμα δὲ τῷ ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθύς. Non omnium annorum, quorum res gestae a scriptore enarratae sunt, vere ineunte bellum redinte-

grarunt hostes, sed interdum legimus τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους hoc illudve agi coeptum esse, alibi autem ἅμα δὲ τῷ ἦρι. Ideoque nihil de tempore belli singulis annis renovati constat et consentaneum est coelum nonnumquam quominus bellum renovaretur impedimento fuisse. Attamen nostro loco majorem speciem habet B quam vulgata. Capite enim nono videmus Corinthios expeditionis, cuius mentio fit c. 7 § 1, noluisse facere initium πρὶν ἂν τὰ Ἴσθμια, ἃ τότε ἦν, διεορτάσωσιν. Isthmia autem celebrabantur aestate ineunte. Attamen magnum temporis spatium (cf. c. 7 et c. 8) intercessit inter diem quo Lacedaemonii ut Chiis ferretur auxilium decreverunt et ludorum illorum celebrationem. Sequitur ut videatur probanda esse lectio B, cui Valla consentit: „ineunte statim vere insequentis aestatis".

Ibid. Vulg. ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς, B ἐς Κόρινθον ἄνδρας Σπαρτιάτας τρεῖς ne, ut ait Poppo, τρεῖς a suo substantivo divellatur. Valla: „miserunt Corinthum Lacedaemonii viros Spartiatas tres".

Ibid. Vulg. τῶν ξυμμαχικῶν, B τῶν ξυμμαχίδων. Valla nihil docet. Stahlius verba proscripsit.

Caput 8 § 2. Vulg. παρεσκεύασεν, B παρεσκεύαζεν.

Ibid. Vulg. τὸ τελευταῖον, B τελευταῖον. Valla „postremo". Paulo infra Valla omisit ἀφικέσθαι, quae fuit causa quapropter Kruegerus vocabulum uncinis incluserit.

§ 3. Vulg. τὰς ἡμίσεας, B τὰς ἡμισείας recte. Valla nihil docet neque de sequentibus μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχωσιν, quae in B inverso ordine traduntur τὸν νοῦν μᾶλλον ἔχωσιν.

Ibid. Vulg. διαφερομένας B ἐπιδιαφερομένας [1]) praestantius dictum est: Valla in talibus plerumque non adeundus est.

Caput 9 § 2. Vulg. διατριβῆς ἐγγιγνομένης, B διατριβῆς γιγνο-

1) cf.

μένης a Stahlio non receptum. Ex Valla nihil proficitur: „tempus tererent".

Ibid. Vulg. ἤσθοντο, B rectius ᾐσθάνοντο.

Ibid. μᾶλλον-αὐτούς omisit B, injuria.

§ 3. Vulg. οἱ δ' ὀλίγοι ξυνειδότες, B ante ξυνειδότες inserit καί, qua de copula Classenus sic: οἱ ὀλίγοι καὶ ξυνειδότες mit dem Vat., καὶ fehlt in den übrigen Hss., ist aber nicht zu entbehren: „die zu der oligarchischen Partei gehörten und um die Sache wussten". Non illepida sane explicatio est neque tamen eam in Graecis inesse existimo; si quid mutari licet, vulgatam hunc in modum emendare velim: οἱ δ' ὀλίγοι οἱ ξυνειδότες, quod nulla fere mutatione efficere possumus. Valla: „quarum mittendarum fuere authores tum multi rerum agitatarum nescii, tum pauci, qui sibi actorum erant conscii".

Caput 10 § 1. Vulg. ἐπηγγέλθησαν γάρ, B addit αἱ σπονδαί, quod et propter l. V. c. 49 § 2 (ἐπηγγέλθαι .... τὰς σπονδάς) et propter pluralem ἐπηγγέλθησαν probandum arbitror, quodque et Valla reddidit: „indicta enim fuerant foedera dierum festorum."

Ibid. Vulg. Κεγχρειῶν, B Κεγχρεῶν.

§ 2. Vulg. οἱ 'Αθηναῖοι .... ἐπῆγον ἐς τὸ πέλαγος, B ὑπῆγον in quo verbo aptissima inest sententia illiciendi. Valla B consentit: „obviam euntes Athenienses primum in pelagus *hostem* (cursive) subducebant"; fallitur autem verbum ὑπάγειν activa significatione usurpans.

§ 3. Vulg. αὐτοὺς recte, B αὐτοῖς. Valla consentit vulgatae.

Caput 11 § 3. Vulg. recte 'Αλκαμένει, B 'Αλκαμένη. Valla: „Alcameni."

Ibid. Vulg. ἐβούλοντο πέμπειν, B ἐβουλεύοντο πέμπειν. Cum jam multo ante Lacedaemonii ceperint consilium Chiis opitulandi cum quinque navibus Chalcideo duce, lectioni Vaticani ἐβουλεύοντο locus est nullus. Vulgatae respondet Valla: „naves quinque mittendas censuerunt Chalcideo duce."

Caput 12 § 1. Vulg. φθήσονται, B addit τε. Valla liberius vertit.

Ibid. Vulg. λέγων ὅτι φθήσονταί τε πλεύσαντες πρὶν τὴν τῶν νεῶν ξυμφορὰν Χίους αἰσθέσθαι, B .... πρὶν ἢ τὴν τῶν Ἀθηναίων κτἑ. Unus est e locis, in quibus Vaticanus rettulit lectiones miro modo a vulgata recedentes eodemque tempore pessimae notae [1]). Quomodo enim τῶν Ἀθηναίων confundi potuerit cum νέων nemo intelligit. Valla autem non reddidit τῶν νεῶν nedum τῶν Ἀθηναίων interpretatus sit: haec verba igitur in libro eius aberant, sequiturque, ut de emblemate cogitemus sit necesse. Praemonitum vix puto quemquam dubitare de spuria natura verborum τῶν Ἀθηναίων, quin etiam vulgatae τῶν νεῶν ad τὴν ξυμφορὰν explicandum sunt addita. Quod si statuimus, quomodo variae lectiones tantae diversitatis ortae sint non amplius latet; bis enim ad τὴν ξυμφορὰν interpolatum est: in vulgata majore cum specie per τῶν νεῶν, infelicius autem in B per τῶν Ἀθηναίων (i. e. cladem ab Athiensibus Spartiatis sociisque illatam [2]).

Ibid. Vulg. καὶ αὐτός, ὅταν προσβάλῃ .... πείσειν, B καὶ αὐτὸς ὅτι, ἢν προσβάλῃ, ... πείσει. B certe significantius dixit per conjunctionem ἢν: modo Ioniam adeat ut rerum ibi potiatur. Hac in re cum B facit Valla: „et se si Ioniam adeat, facile socios Atheniensium civitates ad defectionem inducturum." Quod autem attinet ad ὅτι-πείσει, dubium restat annon anteponendum sit vulgatae, quae saltem ferri potest.

Ibid. Vulg. λέγων ἀσθένειαν, B inverso ordine.

Ibid. Vulg. πιστότερον γὰρ ἄλλων φανεῖσθαι, B πιστότερος unice verum. Valla „nam sibi praeter caeteros fidem apud illos fore."

Caput 13. § 1. Vulg. ἀνεκομίζοντο .... καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων ἑκκαίδεκα νῆες. Quarum navium numerum cum ex VI,

---

1) cf. Class. praef. l. VIII. pag. XXI.

2) cf. c. 15 § 1 τῆς Χίου, vbi eodem jure expectaremus ὅτι ἀφέστηκεν, quod proposuit Herwerdenus, me [illegible] vix recte.

104, 1 et VII, 7, 1 cognoverimus, non faciendum est cum B, in quo *αἱ* est omissum. Valla nihil docet.

Ibid. Vulg. *ξυμπολεμήσασαι*, B *ξυμδιαπολεμήσασαι* accuratius dictum: haud tamen scio annon scriptoris ipsius sit manus [1]). Valla: „post gestum illic communiter bellum."

Ibid. Vulg. *ἀποληφθεῖσαι*, ut Valla: „deprehensae." B male *ἀπολειφθεῖσαν*.

Caput 14 § 2. Vulg. *καὶ λεγομένων λόγων*, B *γενομένων* elegantius. Valla: „Chalcideo et Alcibiade dicentibus.

§ 3. Vulg. *διαβάντες δ' εὐθὺς*, B pro *τε* habet *δέ*, quod Classenus defendit: *τε*, das Vat. statt *δὲ* bietet, führt die unmittelbare Folge des Voraufgehenden ein." Quod autem si verum est, sequitur, ut libenter careamus *εὐθύς*, quod revera non vidit Valla: „Et cuncti Clazomenii transgressi in continentem", voce „cuncti" autem cursivis expressa litteris.

Ibid. Vulg. *πάντες ἐν τειχισμῷ*, B *ἐν τειχισμῷ τε παντες*. Quid sibi velit *τε*, a Valla neglectum, non video.

Caput 15 § 1. Vulg. *τῆς μεγίστης πόλεως μεθεστηκυίας*, ex usu scriptoris dictum [2]), B *ἀφεστηκυίας*, quod inutilis conjecturae simile esse videtur Herwerdeno. Valla „post maximae urbis rebellionem."

Ibid. Vulg. *ἐψηφίσαντο ... ναῦς πληροῦν μὴ ὀλίγας*, B *οὐκ* fortasse rectius.

Ibid. Vulg. *Στρομβιχίδης*, B *Στρομμιχίδης*, sollemnis error. Sic etiam c. 16, 30, 62.

Caput 16 § 1. Vulg. *καὶ ὁ πεζὸς ἅμα καὶ ὁ τῶν Κλαζομενίων καὶ Ἐρυθραίων παρῄει*. In B abest *καὶ* alterum, idque recte. Neque Valla

---

1) cf. praef. pag. VIII.

2) cf. 1, 107, 4. 2, 67, 1. 5, 29, 2.

copulam expressit: „aderatque ei Clazomeniorum atque Erythraeorum peditatus."

§ 2. Vulg. προαισθόμενος δ' ὁ Στρομβιχίδης προανήγετο; B ἐξανήγετο, cui Vallae „abscessit" potest respondere. In promptu etsi est dicere Στρομβιχίδης ἐξανήγετο i. e. portum reliquit, vulgata tamen prorsus odiosa non est: etenim cum Atheniensium dux accessum hostium praesensisset, nil miramur eum in altum vela dedisse, antequam hostilis classis adesset.

§ 3. Vulg. καὶ ἐπέσχον μὲν οἱ πολλοί, B recte οἱ πεζοί, quod a Valla stabilitur: „peditatumque .... introduxerunt, qui .... muros demolitus est."

Ibid. Vulg. καθῄρουν αὐτοί, B addit copulam τε, de qua vehementer dubito ob sequens ξυγκαθῄρουν δέ. Valla neglexit.

Ibid. Vulg. πρὸς ἤπειρον, B recte τὸ πρὸς ἤπειρον.

Ibid. Vulg. ὧν ἦρχε Στάγης. Variis modis in libris refertur ducis nomen; si autem idem est, qui Xen. Hell. 1. 2. 20 memoratur, certe scribendum est Στάγης [1]).

Caput 17 § 2. Vulg. τάς τε .... ναῦς. Copulam quae non habet quo respiciat B et Valla omiserunt.

§ 4. Vulg. ἡ .... ξυμμαχία .... ἐγένετο ἥδε, recte. B ἐγεγένητο. Valla: societas inita est".

Caput 18 § 2. Vulg. τοῦ πολέμου πρὸς 'Αθηναίους, B ante πρὸς inserit τούς, quod cum Classeno mutandum est in τοῦ. Valla: „bellumque cum Atheniensibus dissolvere ne liceat."

§ 3. Vulg. πολέμιοι ἔστωσαν βασιλεῖ κατὰ ταῦτα, B κατὰ ταὐτά, quod tuetur Classenus laudans l. V c. 18 § 9. Valla cum nonnullis libris κατὰ ταῦτα conjungit cum capitis sequentis initio, unde oritur lectio, quae speciem saltem habet modo scribas κατὰ ταῦτα

---

1) cf. praef. pag. V

μὲν ἡ ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. Verba κατὰ ταῦτα necessaria non esse docent loci gemelli c. 37 § 5 et c. 58 § 4.

Caput 19 § 1. Vulg. μετὰ δὲ ταῦτα, B τοῦτο. Valla „postea."
§ 2. Libri ἐλθούσης .... ἀγγελίας αὐτοῖς ἀποπλεῖν πάλιν, καὶ ὅτι Ἀμόργης παρέσται. Valla omisit καί, quod sententiae tenorem turbat.

Caput 20. Vulg. ᾧπερ ἐγίγνετο ἤδη πᾶσα ἡ ναυαρχία. Cum non nisi de classis imperio fiat sermo, dubium restat nullum, quin vulgata veram exhibeat scripturam, quae etiam a Valla est expressa: „penes quem jam esset summa rei navalis." Ut supra c. 12 § 4 miro modo pro νεῶν B rettulit Ἀθηναίων, nescio quo pacto pro ναυαρχία nostro loco dixit ναυμαχία. Cave ne putes de calami errore; quasi enim de industria factum sit, ter scriptoris manum inquinatam invenimus in eodem vocabulo ναυμαχία. (cf. 33, 2. 39, 1).

Caput 21 § 1. Vulg. ὁ δῆμος .... ἐς διακοσίους .... τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινε; B τῶν δυνατωτάτων; superlativum Classenus, quod ad nostrum locum, egregie defendit: „τῶν δυνατωτάτων habe ich aus Vat. für τῶν δυνατῶν aufgenommen und eben so c. 48, 1 u. 63, 3 οἱ δυνατώτατοι. An diesen Stellen werden die angesehensten und einflussreichsten Männer der Partei hervorgehoben, wie auch 1, 115, 4 ebenfalls auf Samos." Vaticano consentit Valla qui, paulo supra vertens τοῖς δυνατοῖς per „primores", nostro loco interpretatus est „maxime potentes", unde eum vidisse superlativum apparet.

Ibid. Vulg. τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι. B hisce addit κατεῖχον, quod sane intransitive usurpatum haud displicet, etsi etiam vocabulo omisso sententiae tenorem non credo perturbari. Sed dandum est non illepidum esse additamentum, cui una modo res quominus Thucydidi tribuatur obstat. Quid enim est κατεῖχον nisi „imperium tenebant" vel „urbem regebant"? Quod cum ita sit, nemo dixerit, quid sibi

velint verba τὰ λοιπὰ διώκουν τὴν πόλιν, in quibus omnino eadem inest notio, quae in κατεῖχον. Valla vocabulum non reddit.

Caput 22 § 2. Vulg. καὶ αἱ μὲν νῆες καταπλεύσασαι Μήθυμναν πρῶτον ἀφιστᾶσι, quibus B addit καὶ καταλείπονται τέσσαρες νῆες ἐν αὐτῇ· καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μυτιλήνην ἀφιστᾶσιν, quae, ut jam probat πρῶτον, sine dubio sincera ducenda sunt verba. Priore voce ἀφιστᾶσι in errorem scriba inducto, exciderunt ea, quae B nobis servavit quaeque a Valla expressa sunt: „Quibus navibus Chii primum Methymnam (quo prius pervenere) deinde, relictis hic quatuor navibus Mytilenen (quo cum caeteris navibus venerunt) ad deficiendum impulere."

Caput 23 § 1. Vulg. Κεγχρειῶν, B Κεγχρεῶν. Valla: „e Cenchreis."

§ 2. Plerique librorum exhibent soloecismum καὶ προσλαβὼν Χίαν ναυμαχίαν, cum unus vel fortasse duo codices veram tradant lectionem καὶ προσλαβὼν Χίαν ναῦν μίαν, quod propter sonum gratum anteponamus oportet Χίαν μίαν ναῦν ex B. De verborum ordine nihil pro certo ex Valla deduci possit; quamquam non vidit ναυμαχίαν „sumpta una navi Chia."

Ibid. Vulg. ὅτι ἡ Μυτιλήνη .... ἑάλωκε a Stahlio servatum. B ἑάλω. Valla: „certior fit Mytilenen .... esse captam."

§ 4. Vulg. καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν .... Nemini dubium erit, quin pro insano παρέπλει B recte scribat παραπέμπει, a Valla quoque expressum „armatos terrestri itinere transmisit". Nonnulli libri paulo infra post παρέπλει repetunt ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, quae iterata verba languent, neque in B exstant. Opinari fortasse quis possit Vallam addita sine causa verba indicare voce „eodem," quod tamen adverbium me judice interpreti necessario usurpandum fuit, cum in latinis quidem nequeat abesse „eodem": „ipse quoque eodem cum navibus suis ac tribus Chiis vela fecit,"

§ 5. Vulg. ν ἀναλαβὼν, B ante ἀναλαβών

inserit πεζὸν, quod Valla, alibi, ut ait Stahlius, fere semper Vaticano consentiens, jure neglexit, quia barbara ut fiat lectio facit additamentum: graece omnino dicendum erat τὸν στρατὸν τὸν πεζόν. Valla: „resumptis suis copiis trajecit in Chium.

Caput 24 § 1. Vulg. ἔστησαν, B ὕστερον, male. Valla: „erecto trophaeo."

§ 2. Vulg. ἐκ Λέσβου B ante Λέσβου habet τοῦ, quod Stahlius et Herwerdenus non receperunt. Valla: „ex Lesbo."

Ibid. Vulg. ἔκ τε Οἰνουσσῶν τῶν πρὸ Χίου νήσων καὶ ἐκ Σιδούσσης καὶ ἐκ Πτελεοῦ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη ὁρμώμενοι τὸν πρὸς τοὺς Χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. B post τείχη addit ἀπῆραν, tribuendum interpreti qui, medicinam adhibere putans, sententiae tenorem turbavit. Quomodo enim ex Oenussis insulis, ex Sidussa, ex Pteleo enavigare potuerunt Atheniensium duces contra Chium, eodemque tempore e Lesbo? Quae difficultas restat etiamsi cum Classeno (cf. Krit. Anh.) scribimus ἀπῆραν ἐκ τῆς Λέσβου καὶ ὁρμώμενοι κτέ. Corruptus sane locus est; quod etiam efficitur ex Valla, qui vertit: „quos muros in Erythraea habebant, diruerunt." Pro ἀπῆραν legit igitur καθεῖλον, quod superest in D et I.

§ 3. Vulg. Βολίσσῳ, ut Valla „Bolissum", B recte Βολίσκῳ [1]).

§ 4. Vulg. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους .... εὐδαιμονήσαντες ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, B jure ηὐδαιμόνησάν τε. Duo enim verba finita ut exspectemus facit ἅμα. Stahlius jam animadvertit Vallae cum B consensum: „beati et iidem modesti exstiterunt."

Vulg. τόσῳ, recte et Valla: „eo". B τοσῷδε.

§ 5. Vulg. unice verum comparativum refert in εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι ut Valla: „si minus tuto moliti esse videntur." B perverse ἀσφαλέστατον, ut etiam ἐς pro εἰ.

Ibid. Vulg. ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον ξυγκινδυνεύσειν, B ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων,

1) cf. praef. pag. VIII.

μεθ' ὧν ἔμελλον ξυνκινδυνεύειν. Nemo nostri scriptoris operum editor de Vaticano probando cogitavit Classeno excepto, qui plurima perdidit verba in defendenda causa desperata, ut etiam in arguenda sententia lectionem, qualis est in B, subtilius accuratiusque esse elaboratam. Quam autem rem viro docto non cessisse inspecta annotatione quisque dabit. Duae res in B displicent. Quid sibi volunt μεθ' ὧν ἔμελλον ξυγκινδυνεύειν? Pueriliter se habent juxta μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων! Quid enim fecissent una cum multis fortibusque sociis illis Chii nisi obire periculum? Sententiae igitur relativae locus est nullus. Accedit quod, Vaticanum si probemus, langueat finis sententiae, quae omnino perturbatur. In vulgata recte ex οὐδὲ πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι pendent sequentia καὶ 'Αθηναίους — τὰ πράγματα εἴη, Vaticani autem lectione recepta cur addita sint verba causa nulla amplius exstat. Cui difficultati hoc modo mederi conatur Classenus: „unmöglich konnten sie auf das Eintreten einer veränderten Ansicht bei den Athenern warten, sondern es ist eine neue und selbständige Bemerkung: und auch von den Athenern nahmen sie ab, dass sie." Sed nihil interest utrum Chii Athenienses ipsos non infitiari res suas post Siciliensem acceptam cladem esse afflictas cognoverint necne, sed ut verba οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι in sententiae initio posita docent, scriptor probare conatur ne defectionem quidem, licet fortasse eos hac in re paulo imprudentius egisse quis putaverit, Chios statuisse, antequam apud ipsos constaret non solum socios magno numero secum belli fortunam periclitari esse paratos, sed etiam Athenienses ipsos de rebus desperare suis.

Ibid. Vulg. τὰ τῶν 'Αθηναίων, B injuria omittit τά.

Ibid. Neque ξυναιρεθήσεσθαι vulgatae neque Vaticani ξυναναιρεθήσεσθαι placet. Legundum est ἀναιρεθήσεσθαι. Cum Herwerdeno abesse velim ξυν, quod e ξυνέγνωσαν errore natum videtur. Valla: „fore . . ut everteretur."

§ 6. Vulg. οὖν, B γοῦν. Bekkerus correxit in δ' οὖν. Valla „Itaque."
Ibid. Vulg. 'Αθηναίους, B articulum addit.

Caput 25 § 1. Vulg. Σκιρωνίδου, ut Valla: „Scironida", recte. B Κιρωνίδου.

§ 3 Vulg. ξυμμάχοις, B τοῖς ξυμμάχοις· utrumque ferendum est. Ibid. Vulg. προεξάρξαντες, vitiosa forma; neque B recte προεξαΐξαντες. Legendum προεξᾴξαντες. Valla: „et Argivi latius exporrecto suo cornu."

§ 5. Vulg. καὶ ξυνέβη .... τοὺς Ἴωνας ἀμφότερων τῶν Δωριῶν κρατῆσαι. Multo significantius et sententiae aptissime B legit ἀμφοτέρωθεν, quod etiam Valla vidit: „Contigit ut Iones utrinque Dorum (?) victores existerent."

Caput 26 § 1. Vulg. τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας .... ναῦς, B inverso ordine: ἀπὸ Σικελίας καὶ Πελοποννήσου, quod correctum videtur propterea quod in sequentibus prius de Siciliensium auxiliis disserit scriptor. Valla vulgatae convenit: „naves e Peloponneso atque e Sicilia".

Ibid. Vulg. Σελινούντιαι, ἑτοῖμαι, ξυμαμφότεραι. B ter perverse tradit masculinum genus. Valla cum vulgata facit.

Ibid. Vulg. κατέπλευσαν ἐς Ἔλεον, (aut Ἐλεόν), B Λέρον [1]), quod videtur esse verum, quoniam insula quaedam Ἔλεος alibi non memoratur. Sic B etiam c. 27. Quamquam Λέρος fere longinquius a Milite abest quam ut ἡ πρὸ Μίλητου νῆσος appelletur. Valla: „Eleum" nostro loco, capite autem 27 § 1 tradit „Derum", quod quam parum differat a „Lerum", nemo non videt.

§ 2. Vulg. Ἰασικόν, ut Valla. B male Ἀσιακόν.

§ 3. Vulg. recte οἷπερ, Valla: „illuc". B οὗ ὑπέρ.

Caput 27. Paragraphus altera miserius est corrupta, quam ut vera scriptura restituatur. Lubet laudare Vallae interpretationem: „Quoties liceret postea planius nosse adversus quot hostium naves quantum ipse navium satis habeas, et per otium instruere

1) cf. praef. pag. VIII.

grarunt hostes, sed interdum legimus τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους hoc illudve agi coeptum esse, alibi autem ἅμα δὲ τῷ ἦρι. Ideoque nihil de tempore belli singulis annis renovati constat et consentaneum est coelum nonnumquam quominus bellum renovaretur impedimento fuisse. Attamen nostro loco majorem speciem habet B quam vulgata. Capite enim nono videmus Corinthios expeditionis, cuius mentio fit c. 7 § 1, noluisse facere initium πρὶν ἂν τὰ Ἴσθμια, ἃ τότε ἦν, διεορτάσωσιν. Isthmia autem celebrabantur aestate ineunte. Attamen magnum temporis spatium (cf. c. 7 et c. 8) intercessit inter diem quo Lacedaemonii ut Chiis ferretur auxilium decreverunt et ludorum illorum celebrationem. Sequitur ut videatur probanda esse lectio B, cui Valla consentit: „ineunte statim vere insequentis aestatis".

Ibid. Vulg. ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς, B ἐς Κόρινθον ἄνδρας Σπαρτιάτας τρεῖς ne, ut ait Poppo, τρεῖς a suo substantivo divellatur. Valla: „miserunt Corinthum Lacedaemonii viros Spartiatas tres".

Ibid. Vulg. τῶν ξυμμαχικῶν, B τῶν ξυμμαχίδων. Valla nihil docet. Stahlius verba proscripsit.

Caput 8 § 2. Vulg. παρεσκεύασεν, B παρεσκεύαζεν.

Ibid. Vulg. τὸ τελευταῖον, B τελευταῖον. Valla „postremo". Paulo infra Valla omisit ἀφικέσθαι, quae fuit causa quapropter Kruegerus vocabulum uncinis incluserit.

§ 3. Vulg. τὰς ἡμίσεας, B τὰς ἡμισείας recte. Valla nihil docet neque de sequentibus μᾶλλον τὸν νοῦν ἔχωσιν, quae in B inverso ordine traduntur τὸν νοῦν μᾶλλον ἔχωσιν.

Ibid. Vulg. διαφερομένας B ἐπιδιαφερομένας [1]) praestantius dictum est: Valla in talibus plerumque non adeundus est.

Caput 9 § 2. Vulg. διατριβῆς ἐγγιγνομένης, B διατριβῆς γιγνο-

1) cf. autem praefatio pag. VIII.

μένης a Stahlio non receptum. Ex Valla nihil proficitur: „tempus tererent".

Ibid. Vulg. *ἤσθοντο*, B rectius *ᾐσθάνοντο*.

Ibid. *μᾶλλον-αὐτούς* omisit B, injuria.

§ 3. Vulg. *οἱ δ' ὀλίγοι ξυνειδότες*, B ante *ξυνειδότες* inserit *καί*, qua de copula Classenus sic: *οἱ ὀλίγοι καὶ ξυνειδότες* mit dem Vat., *καὶ* fehlt in den übrigen Hss., ist aber nicht zu entbehren: „die zu der oligarchischen Partei gehörten und um die Sache wussten". Non illepida sane explicatio est neque tamen eam in Graecis inesse existimo; si quid mutari licet, vulgatam hunc in modum emendare velim: *οἱ δ' ὀλίγοι οἱ ξυνειδότες*, quod nulla fere mutatione efficere possumus. Valla: „quarum mittendarum fuere authores tum multi rerum agitatarum nescii, tum pauci, qui sibi actorum erant conscii".

Caput 10 § 1. Vulg. *ἐπηγγέλθησαν γάρ*, B addit *αἱ σπονδαί*, quod et propter l. V. c. 49 § 2 (*ἐπηγγέλθαι .... τὰς σπονδάς*) et propter pluralem *ἐπηγγέλθησαν* probandum arbitror, quodque et Valla reddidit: „indicta enim fuerant foedera dierum festorum."

Ibid. Vulg. *Κεγχρειῶν*, B *Κεγχρεῶν*.

§ 2. Vulg. *οἱ Ἀθηναῖοι .... ἐπῆγον ἐς τὸ πέλαγος*, B *ὑπῆγον* in quo verbo aptissima inest sententia illiciendi. Valla B consentit: „obviam euntes Athenienses primum in pelagus *hostem* (cursive) subducebant"; fallitur autem verbum *ὑπάγειν* activa significatione usurpans.

§ 3. Vulg. *αὐτοὺς* recte, B *αὐτοῖς*. Valla consentit vulgatae.

Caput 11 § 3. Vulg. recte *Ἀλκαμένει*, B *Ἀλκαμένη*. Valla: „Alcameni."

Ibid. Vulg. *ἐβούλοντο πέμπειν*, B *ἐβουλεύοντο πέμπειν*. Cum jam multo ante Lacedaemonii ceperint consilium Chiis opitulandi cum quinque navibus Chalcideo duce, lectioni Vaticani *ἐβουλεύοντο* locus est nullus. Vulgatae respondet Valla: „naves quinque mittendas censuerunt Chalcideo duce."

Caput 12 § 1. Vulg. *φθήσονται*, B addit *τε*. Valla liberius vertit.

Ibid. Vulg. *λέγων ὅτι φθήσονταί τε πλεύσαντες πρὶν τὴν τῶν νεῶν ξυμφορὰν Χίους αἰσθέσθαι*, B .... *πρὶν ἢ τὴν τῶν Ἀθηναίων κτἑ.* Unus est e locis, in quibus Vaticanus rettulit lectiones miro modo a vulgata recedentes eodemque tempore pessimae notae [1]). Quomodo enim *τῶν Ἀθηναίων* confundi potuerit cum *νέων* nemo intelligit. Valla autem non reddidit *τῶν νεῶν* nedum *τῶν Ἀθηναίων* interpretatus sit: haec verba igitur in libro eius aberant, sequiturque, ut de emblemate cogitemus sit necesse. Praemonitum vix puto quemquam dubitare de spuria natura verborum *τῶν Ἀθηναίων*, quin etiam vulgatae *τῶν νεῶν* ad *τὴν ξυμφορὰν* explicandum sunt addita. Quod si statuimus, quomodo variae lectiones tantae diversitatis ortae sint non amplius latet; bis enim ad *τὴν ξυμφορὰν* interpolatum est: in vulgata majore cum specie per *τῶν νεῶν*, infelicius autem in B per *τῶν Ἀθηναίων* (i. e. cladem ab Athiensibus Spartiatis sociisque illatam [2]).

Ibid. Vulg. *καὶ αὐτός, ὅταν προσβάλῃ .... πείσειν*, B *καὶ αὐτὸς ὅτι, ἢν προσβάλῃ, ... πείσει.* B certe significantius dixit per conjunctionem *ἤν*: modo Ioniam adeat ut rerum ibi potiatur. Hac in re cum B facit Valla: „et se si Ioniam adeat, facile socios Atheniensium civitates ad defectionem inducturum." Quod autem attinet ad *ὅτι-πείσει*, dubium restat annon anteponendum sit vulgatae, quae saltem ferri potest.

Ibid. Vulg. *λέγων ἀσθένειαν*, B inverso ordine.

Ibid. Vulg. *πιστότερον γὰρ ἄλλων φανεῖσθαι*, B *πιστότερος* unice verum. Valla „nam sibi praeter caeteros fidem apud illos fore."

Caput 13. § 1. Vulg. *ἀνεκομίζοντο .... καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων ἑκκαίδεκα νῆες.* Quarum navium numerum cum ex VI,

---

1) cf. Class. praef. l. VIII. pag. XXI.

2) cf. c. 15 § 1 *τῆς Χίου*, vbi eodem jure expectaremus *ὅτι ἀφέστηκεν*, quod proposuit Herwerdenus, me judice tamen vix recte.

104, 1 et VII, 7, 1 cognoverimus, non faciendum est cum B, in quo *αἱ* est omissum. Valla nihil docet.

Ibid. Vulg. *ξυμπολεμήσασαι*, B *ξυμδιαπολεμήσασαι* accuratius dictum: haud tamen scio annon scriptoris ipsius sit manus [1]). Valla: „post gestum illic communiter bellum."

Ibid. Vulg. *ἀποληφθεῖσαι*, ut Valla: „deprehensae." B male *ἀπολειφθεῖσαν*.

Caput 14 § 2. Vulg. *καὶ λεγομένων λόγων*, B *γενομένων* elegantius. Valla: „Chalcideo et Alcibiade dicentibus.

§ 3. Vulg. *διαβάντες δ' εὐθὺς*, B pro *τε* habet *δέ*, quod Classenus defendit: *τε*, das Vat. statt *δὲ* bietet, führt die unmittelbare Folge des Voraufgehenden ein." Quod autem si verum est, sequitur, ut libenter careamus *εὐθύς*, quod revera non vidit Valla: „Et cuncti Clazomenii transgressi in continentem", voce „cuncti" autem cursivis expressa litteris.

Ibid. Vulg. *πάντες ἐν τειχισμῷ*, B *ἐν τειχισμῷ τε παντες*. Quid sibi velit *τε*, a Valla neglectum, non video.

Caput 15 § 1. Vulg. *τῆς μεγίστης πόλεως μεθεστηκυίας*, ex usu scriptoris dictum [2]), B *ἀφεστηκυίας*, quod inutilis conjecturae simile esse videtur Herwerdeno. Valla „post maximae urbis rebellionem."

Ibid. Vulg. *ἐψηφίσαντο . . . ναῦς πληροῦν μὴ ὀλίγας*, B *οὐκ* fortasse rectius.

Ibid. Vulg. *Στρομβιχίδης*, B *Στρομμιχίδης*, sollemnis error. Sic etiam c. 16, 30, 62.

Caput 16 § 1. Vulg. *καὶ ὁ πεζὸς ἅμα καὶ ὁ τῶν Κλαζομενίων καὶ Ἐρυθραίων παρῄει*. In B abest *καὶ* alterum, idque recte. Neque Valla

---

1) cf. praef. pag. VIII.

2) cf. 1, 107, 4. 2, 67, 1. 5, 29, 2.

copulam expressit: „aderatque ei Clazomeniorum atque Erythraeorum peditatus."

§ 2. Vulg. προαισθόμενος δ' ὁ Στρομβιχίδης προανήγετο; B ἐξανήγετο, cui Vallae „abscessit" potest respondere. In promptu etsi est dicere Στρομβιχίδης ἐξανήγετο i. e. portum reliquit, vulgata tamen prorsus odiosa non est: etenim cum Atheniensium dux accessum hostium praesensisset, nil miramur eum in altum vela dedisse, antequam hostilis classis adesset.

§ 3. Vulg. καὶ ἐπέσχον μὲν οἱ πολλοί, B recte οἱ πεζοί, quod a Valla stabilitur: „peditatumque .... introduxerunt, qui .... muros demolitus est."

Ibid. Vulg. καθῄρουν αὐτοὶ, B addit copulam τε, de qua vehementer dubito ob sequens ξυγκαθῄρουν δέ. Valla neglexit.

Ibid. Vulg. πρὸς ἤπειρον, B recte τὸ πρὸς ἤπειρον.

Ibid. Vulg. ὧν ἦρχε Στάγης. Variis modis in libris refertur ducis nomen; si autem idem est, qui Xen. Hell. 1. 2. 20 memoratur, certe scribendum est Στάγης [1]).

Caput 17 § 2. Vulg. τάς τε .... ναῦς. Copulam quae non habet quo respiciat B et Valla omiserunt.

§ 4. Vulg. ἡ .... ξυμμαχία .... ἐγένετο ἤδε, recte. B ἐγεγένητο. Valla: societas inita est".

Caput 18 § 2. Vulg. τοῦ πολέμου πρὸς 'Αθηναίους, B ante πρὸς inserit τούς, quod cum Classeno mutandum est in τοῦ. Valla: „bellumque cum Atheniensibus dissolvere ne liceat."

§ 3. Vulg. πολέμιοι ἔστωσαν βασιλεῖ κατὰ ταῦτα, B κατὰ ταὐτά, quod tuetur Classenus laudans l. V c. 18 § 9. Valla cum nonnullis libris κατὰ ταῦτα conjungit cum capitis sequentis initio, unde oritur lectio, quae speciem saltem habet modo scribas κατὰ ταῦτα

---

1) cf. praef. pag. VIII.

μὲν ἡ ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. Verba κατὰ ταῦτα necessaria non esse docent loci gemelli c. 37 § 5 et c. 58 § 4.

Caput 19 § 1. Vulg. μετὰ δὲ ταῦτα, B τοῦτο. Valla „postea." § 2. Libri ἐλθούσης .... ἀγγελίας αὐτοῖς ἀποπλεῖν πάλιν, καὶ ὅτι Ἀμόργης παρέσται. Valla omisit καί, quod sententiae tenorem turbat.

Caput 20. Vulg. ὧπερ ἐγίγνετο ἤδη πᾶσα ἡ ναυαρχία. Cum non nisi de classis imperio fiat sermo, dubium restat nullum, quin vulgata veram exhibeat scripturam, quae etiam a Valla est expressa: „penes quem jam esset summa rei navalis." Ut supra c. 12 § 4 miro modo pro νεῶν B rettulit Ἀθηναίων, nescio quo pacto pro ναυαρχία nostro loco dixit ναυμαχία. Cave ne putes de calami errore; quasi enim de industria factum sit, ter scriptoris manum inquinatam invenimus in eodem vocabulo ναυμαχία. (cf. 33, 2. 39, 1).

Caput 21 § 1. Vulg. ὁ δῆμος .... ἐς διακοσίους .... τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινε; B τῶν δυνατωτάτων; superlativum Classenus, quod ad nostrum locum, egregie defendit: „τῶν δυνατωτάτων habe ich aus Vat. für τῶν δυνατῶν aufgenommen und eben so c. 48, 1 u. 63, 3 οἱ δυνατώτατοι. An diesen Stellen werden die angesehensten und einflussreichsten Männer der Partei hervorgehoben, wie auch 1, 115, 4 ebenfalls auf Samos." Vaticano consentit Valla qui, paulo supra vertens τοῖς δυνατοῖς per „primores", nostro loco interpretatus est „maxime potentes", unde eum vidisse superlativum apparet.

Ibid. Vulg. τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι. B hisce addit κατεῖχον, quod sane intransitive usurpatum haud displicet, etsi etiam vocabulo omisso sententiae tenorem non credo perturbari. Sed dandum est non illepidum esse additamentum, cui una modo res quominus Thucydidi tribuatur obstat. Quid enim est κατεῖχον nisi „imperium tenebant" vel „urbem regebant"? Quod cum ita sit, nemo dixerit, quid sibi

velint verba τὰ λοιπὰ διώκουν τὴν πόλιν, in quibus omnino eadem inest notio, quae in κατεῖχον. Valla vocabulum non reddit.

Caput 22 § 2. Vulg. καὶ αἱ μὲν νῆες καταπλεύσασαι Μήθυμναν πρῶτον ἀφιστᾶσι, quibus B addit καὶ καταλείπονται τέσσαρες νῆες ἐν αὐτῇ· καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μυτιλήνην ἀφιστᾶσιν, quae, ut jam probat πρῶτον, sine dubio sincera ducenda sunt verba. Priore voce ἀφιστᾶσι in errorem scriba inducto, exciderunt ea, quae B nobis servavit quaeque a Valla expressa sunt: „Quibus navibus Chii primum Methymnam (quo prius pervenere) deinde, *relictis hic quatuor navibus Mytilenen (quo cum caeteris navibus venerunt) ad deficiendum impulere.*"

Caput 23 § 1. Vulg. Κεγχρειῶν, B Κεγχρεῶν. Valla: „e Cenchreis."

§ 2. Plerique librorum exhibent soloecismum καὶ προσλαβὼν Χίαν ναυμαχίαν, cum unus vel fortasse duo codices veram tradant lectionem καὶ προσλαβὼν Χίαν ναῦν μίαν, quod propter sonum gratum anteponamus oportet Χίαν μίαν ναῦν ex B. De verborum ordine nihil pro certo ex Valla deduci possit; quamquam non vidit ναυμαχίαν „sumpta una navi Chia."

Ibid. Vulg. ὅτι ἡ Μυτιλήνη .... *ἑάλωκε* a Stahlio servatum. B ἑάλω. Valla: „certior fit Mytilenen .... esse captam."

§ 4. Vulg. καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας πεζῇ *παρέπλει* ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν .... Nemini dubium erit, quin pro insano παρέπλει B recte scribat παραπέμπει, a Valla quoque expressum „armatos terrestri itinere transmisit". Nonnulli libri paulo infra post παρέπλει repetunt ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, quae iterata verba languent, neque in B exstant. Opinari fortasse quis possit Vallam addita sine causa verba indicare voce „eodem," quod tamen adverbium me judice interpreti necessario usurpandum fuit, cum in latinis quidem nequeat abesse „eodem": „ipse quoque eodem cum navibus suis ac tribus Chiis vela fecit,"

§ 5. Vulg. ἀπέπλευσε τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβών, B ante ἀναλαβών

inserit πεζὸν, quod Valla, alibi, ut ait Stahlius, fere semper Vaticano consentiens, jure neglexit, quia barbara ut fiat lectio facit additamentum: graece omnino dicendum erat τὸν στρατὸν τὸν πεζόν. Valla: „resumptis suis copiis trajecit in Chium.

Caput 24 § 1. Vulg. ἔστησαν, B ὕστερον, male. Valla: „erecto trophaeo."

§ 2. Vulg. ἐκ Λέσβου B ante Λέσβου habet τοῦ, quod Stahlius et Herwerdenus non receperunt. Valla: „ex Lesbo."

Ibid. Vulg. ἔκ τε Οἰνουσσῶν τῶν πρὸ Χίου νήσων καὶ ἐκ Σιδούσσης καὶ ἐκ Πτελεοῦ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη ὁρμώμενοι τὸν πρὸς τοὺς Χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. B post τείχη addit ἀπῆραν, tribuendum interpreti qui, medicinam adhibere putans, sententiae tenorem turbavit. Quomodo enim ex Oenussis insulis, ex Sidussa, ex Pteleo enavigare potuerunt Atheniensium duces contra Chium, eodemque tempore e Lesbo? Quae difficultas restat etiamsi cum Classeno (cf. Krit. Anh.) scribimus ἀπῆραν ἐκ τῆς Λέσβου καὶ ὁρμώμενοι κτέ. Corruptus sane locus est; quod etiam efficitur ex Valla, qui vertit: „quos muros in Erythraea habebant, diruerunt." Pro ἀπῆραν legit igitur καθεῖλον, quod superest in D et I.

§ 3. Vulg. Βολίσσῳ, ut Valla „Bolissum", B recte Βολίσκῳ [1]).

§ 4. Vulg. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους .... εὐδαιμονήσαντες ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, B jure ηὐδαιμόνησάν τε. Duo enim verba finita ut exspectemus facit ἅμα. Stahlius jam animadvertit Vallae cum B consensum: „beati et iidem modesti exstiterunt."

Vulg. τόσῳ, recte et Valla: „eo". B τοσῷδε.

§ 5. Vulg. unice verum comparativum refert in εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι ut Valla: „si minus tuto moliti esse videntur." B perverse ἀσφαλέστατον, ut etiam ἐς pro εἰ.

Ibid. Vulg. ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον ξυγκινδυνεύσειν, B ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων,

---

1) cf. praef. pag. VIII.

μεθ' ὧν ἔμελλον ξυνκινδυνεύειν. Nemo nostri scriptoris operum editor de Vaticano probando cogitavit Classeno excepto, qui plurima perdidit verba in defendenda causa desperata, ut etiam in arguenda sententia lectionem, qualis est in B, subtilius accuratiusque esse elaboratam. Quam autem rem viro docto non cessisse inspecta annotatione quisque dabit. Duae res in B displicent. Quid sibi volunt μεθ' ὧν ἔμελλον ξυγκινδυνεύειν? Pueriliter se habent juxta μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων! Quid enim fecissent una cum multis fortibusque sociis illis Chii nisi obire periculum? Sententiae igitur relativae locus est nullus. Accedit quod, Vaticanum si probemus, langueat finis sententiae, quae omnino perturbatur. In vulgata recte ex οὐδὲ πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι pendent sequentia καὶ 'Αθηναίους — τὰ πράγματα εἴη, Vaticani autem lectione recepta cur addita sint verba causa nulla amplius exstat. Cui difficultati hoc modo mederi conatur Classenus: „unmöglich konnten sie auf das Eintreten einer veränderten Ansicht bei den Athenern warten, sondern es ist eine neue und selbständige Bemerkung: und auch von den Athenern nahmen sie ab, dass sie." Sed nihil interest utrum Chii Athenienses ipsos non infitiari res suas post Siciliensem acceptam cladem esse afflictas cognoverint necne, sed ut verba οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι in sententiae initio posita docent, scriptor probare conatur ne defectionem quidem, licet fortasse eos hac in re paulo imprudentius egisse quis putaverit, Chios statuisse, antequam apud ipsos constaret non solum socios magno numero secum belli fortunam periclitari esse paratos, sed etiam Athenienses ipsos de rebus desperare suis.

Ibid. Vulg. τὰ τῶν 'Αθηναίων, B injuria omittit τά.

Ibid. Neque ξυναιρεθήσεσθαι vulgatae neque Vaticani ξυναναιρεθήσεσθαι placet. Legundum est ἀναιρεθήσεσθαι. Cum Herwerdeno abesse velim ξυν, quod e ξυνέγνωσαν errore natum videtur. Valla: „fore.. ut everteretur."

§ 6. Vulg. οὖν, B γοῦν. Bekkerus correxit in δ' οὖν. Valla „Itaque."

Ibid. Vulg. 'Αθηναίους, B articulum addit.

Caput 25 § 1. Vulg. Σκιρωνίδου, ut Valla: „Scironida", recte. B Κιρωνίδου.

§ 3 Vulg. ξυμμάχοις, B τοῖς ξυμμάχοις· utrumque ferendum est. Ibid. Vulg. προεξάρξαντες, vitiosa forma; neque B recte προεξαΐξαντες. Legendum προεξᾴξαντες. Valla: „et Argivi latius exporrecto suo cornu."

§ 5. Vulg. καὶ ξυνέβη .... τοὺς Ἴωνας ἀμφότερων τῶν Δωριῶν κρατῆσαι. Multo significantius et sententiae aptissime B legit ἀμφοτέρωθεν, quod etiam Valla vidit: „Contigit ut Iones utrinque Dorum (?) victores existerent."

Caput 26 § 1. Vulg. τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας .... ναῦς, B inverso ordine: ἀπὸ Σικελίας καὶ Πελοποννήσου, quod correctum videtur propterea quod in sequentibus prius de Siciliensium auxiliis disserit scriptor. Valla vulgatae convenit: „naves e Peloponneso atque e Sicilia".

Ibid. Vulg. Σελινούντιαι, ἑτοῖμαι, ξυμαμφότεραι. B ter perverse tradit masculinum genus. Valla cum vulgata facit.

Ibid. Vulg. κατέπλευσαν ἐς Ἔλεον, (aut Ἐλεόν), B Λέρον [1]), quod videtur esse verum, quoniam insula quaedam Ἔλεος alibi non memoratur. Sic B etiam c. 27. Quamquam Λέρος fere longinquius a Milite abest quam ut ἡ πρὸ Μιλήτου νῆσος appelletur. Valla: „Eleum" nostro loco, capite autem 27 § 1 tradit „Derum", quod quam parum differat a „Lerum", nemo non videt.

§ 2. Vulg. Ἰασικόν, ut Valla. B male Ἀσιακόν.

§ 3. Vulg. recte οἶπερ, Valla: „illuc". B οὗ ὑπέρ.

Caput 27. Paragraphus altera miserius est corrupta, quam ut vera scriptura restituatur. Lubet laudare Vallae interpretationem: „Quoties liceret postea planius nosse adversus quot hostium naves quantum ipse navium satis habeas, et per otium instruere

1) cf. praef. pag. VIII.

ad pugnandum, non utique turpitudini atque dedecori dandum esse si nolis subire nulla ratione periculum". Quae etsi subobscura contortaque sunt verba, apparet tamen eum pro ὅπου sententiae initio aut pro sequenti ὅπου τε legisse ὁπότε, quod Stahlius conjectura est adsecutus. In sequentibus consentit vulgatae in voce ἀλόγως „nulla ratione", quod in B depravatum est in ὀλίγῳ.

Ibid. Vulg. ἔσται, B ἐξέσται, minus recte. Post ἀγωνίσασθαι B solus inserit ὅποι τε βούλονται, quae verba si retinemus, cum Stahlio mutanda sunt in ὁπότε βούλονται.

§ 3. Vulg. ἡσσηθῶσι, recte; B ἡττασθῶσι.

Ibid. Vulg. ᾗ πάνυ γε ἀνάγκῃ; B injuria omittit ἀνάγκῃ, quo vocabulo tota disputatio nititur. Valla: „aliqua prorsus antecedente necessitate".

§ 4. Vulg. ἣν που καιρὸς εἴη, B recte ᾖ. Valla „sicubi foret opportunum".

Caput 28 § 2. Vulg. οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι. B ante ναῦς inserit τάς, non male, neque tamen articulus est necessarius.

§ 4. Vulg. τούς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες. Sic etiam recte Valla: „Caeterum auxilia quae circa se Amorges habuerat .... recepere ad se". B post Ἀμόργην addit τὸν Πισσούθνου, quae verba quantopere langueant supervacentque, optime docet Herwerdenus, qui jam § 3 Stahlio probante spuriam naturam interpretamenti Πισσούθνου νόθον υἱὸν ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως hisce arguit: „Dele scholium petitum e cap. 5 extr. eo hoc loco ineptius, quod § 2 sine ulla hominis descriptione praecesserant verba: Τισσαφέρνης πείθει αὐτοὺς ἐπ' Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι. Rectissime: nam confidebat historicus lectorum suorum memoria, nostra fortasse aliquanto fideliore".

Caput 29 § 1. Vulg. ἔφη δώσειν, B δώσειν ἔφη. Valla: „soluturus (ut dicebat)".

§ 2. Vulg. ὁ γὰρ Θηριμένης οὐ ναύαρχος ὤν, sic Valla: quoque „Therimenes enim quum non esset ipse dux". Vaticani οὐκέτι non quadrat, quia et antea dux non fuerat Therimenes, ut docent sequentia ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων. cf. etiam c. 26 § 1.

Ibid. Vulg. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός Valla: „nam quinque et quinquaginta navibus terna talenta in singulos menses dabat". Madvigius Meiboomio praeeunte pro τρία recte scripsit τριάκοντα. In promptu est minime cum B numerale nomen desiderari posse. Locum, qui est ex difficillimis, egregie enucleavit vir clarissimus Naberus, qui ante πλέον inseruit οὐ, quam negationem nisi recipiamus, sententiae significatio non apparet [1]).

Caput 30 § 1. Vulg. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς .... Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν .... νῆες .... καὶ στρατηγοὶ .... καὶ τὰς ἀπὸ Χίου .... ξυναγαγόντες ἐβούλοντο .... ἐφορμεῖν. Minus usitata forma anacoluthi multo praebet veritatis majorem speciem quam simplex nominativus οἱ .... Ἀθηναῖοι, qui in B correctori est tribuendum. Hoc etiam valet de Vaticani προαφιγμέναι, quod Stahlius non recepit in textum. Vallam nihil miramur anacoluthon in latinis sustulisse, eumque, quod ad participium attinet, cum vulgata facere videmus: „quum advenisset illuc e domo classis alia".

Ibid. Vulg. πάσας καὶ τὰς ἄλλας, B καὶ τὰς ἄλλας πάσας majore cum specie. Vallae: „contractis et a Chio et aliunde navibus", liberius vertens.

§ 2. Vulg. τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον. B bis in hisce peccat. Refert enim pro ἀγαγόντες, cui fortasse ἄγοντες praestat, ἀπολιπόντες, quod manifesto pugnat cum contextu, et pro λαχόντες

1) cf. Mnemosyne. vol. XIV pag. 427.

Caput 12 § 1. Vulg. φθήσονται, B addit τε. Valla liberius vertit.

Ibid. Vulg. λέγων ὅτι φθήσονταί τε πλεύσαντες πρὶν τὴν τῶν νεῶν ξυμφορὰν Χίους αἰσθέσθαι, B.... πρὶν ἢ τὴν τῶν Ἀθηναίων κτέ. Unus est e locis, in quibus Vaticanus rettulit lectiones miro modo a vulgata recedentes eodemque tempore pessimae notae [1]). Quomodo enim τῶν Ἀθηναίων confundi potuerit cum νέων nemo intelligit. Valla autem non reddidit τῶν νεῶν nedum τῶν Ἀθηναίων interpretatus sit: haec verba igitur in libro eius aberant, sequiturque, ut de emblemate cogitemus sit necesse. Praemonitum vix puto quemquam dubitare de spuria natura verborum τῶν Ἀθηναίων, quin etiam vulgatae τῶν νεῶν ad τὴν ξυμφορὰν explicandum sunt addita. Quod si statuimus, quomodo variae lectiones tantae diversitatis ortae sint non amplius latet; bis enim ad τὴν ξυμφορὰν interpolatum est: in vulgata majore cum specie per τῶν νεῶν, infelicius autem in B per τῶν Ἀθηναίων (i. e. cladem ab Athiensibus Spartiatis sociisque illatam [2]).

Ibid. Vulg. καὶ αὐτός, ὅταν προσβάλῃ.... πείσειν, B καὶ αὐτὸς ὅτι, ἢν προσβάλῃ,.... πείσει. B certe significantius dixit per conjunctionem ἢν: modo Ioniam adeat ut rerum ibi potiatur. Hac in re cum B facit Valla: „et se si Ioniam adeat, facile socios Atheniensium civitates ad defectionem inducturum." Quod autem attinet ad ὅτι-πείσει, dubium restat annon anteponendum sit vulgatae, quae saltem ferri potest.

Ibid. Vulg. λέγων ἀσθένειαν, B inverso ordine.

Ibid. Vulg. πιστότερον γὰρ ἄλλων φανεῖσθαι, B πιστότερος unice verum. Valla „nam sibi praeter caeteros fidem apud illos fore."

Caput 13. § 1. Vulg. ἀνεκομίζοντο.... καὶ αἱ ἀπὸ τῆς Σικελίας Πελοποννησίων ἑκκαίδεκα νῆες. Quarum navium numerum cum ex VI,

---

1) cf. Class. praef. l. VIII. pag. XXI.

2) cf. c. 15 § 1 τῆς Χίου, vbi eodem jure expectaremus ὅτι ἀφέστηκεν, quod proposuit Herwerdenus, me judice tamen vix recte.

104, 1 et VII, 7, 1 cognoverimus, non faciendum est cum B, in quo *αἱ* est omissum. Valla nihil docet.

Ibid. Vulg. *ξυμπολεμήσασαι*, B *ξυμδιαπολεμήσασαι* accuratius dictum: haud tamen scio annon scriptoris ipsius sit manus [1]). Valla: „post gestum illic communiter bellum."

Ibid. Vulg. *ἀποληφθεῖσαι*, ut Valla: „deprehensae." B male *ἀπολειφθεῖσαν*.

Caput 14 § 2. Vulg. *καὶ λεγομένων λόγων*, B *γενομένων* elegantius. Valla: „Chalcideo et Alcibiade dicentibus.

§ 3. Vulg. *διαβάντες δ' εὐθὺς*, B pro *τε* habet *δέ*, quod Classenus defendit: *τε*, das Vat. statt *δὲ* bietet, führt die unmittelbare Folge des Voraufgehenden ein." Quod autem si verum est, sequitur, ut libenter careamus *εὐθύς*, quod revera non vidit Valla: „Et cuncti Clazomenii transgressi in continentem", voce „cuncti" autem cursivis expressa litteris.

Ibid. Vulg. *πάντες ἐν τειχισμῷ*, B *ἐν τειχισμῷ τε παντες*. Quid sibi velit *τε*, a Valla neglectum, non video.

Caput 15 § 1. Vulg. *τῆς μεγίστης πόλεως μεθεστηκυίας*, ex usu scriptoris dictum [2]), B *ἀφεστηκυίας*, quod inutilis conjecturae simile esse videtur Herwerdeno. Valla „post maximae urbis rebellionem."

Ibid. Vulg. *ἐψηφίσαντο . . . ναῦς πληροῦν μὴ ὀλίγας*, B *οὐκ* fortasse rectius.

Ibid. Vulg. *Στρομβιχίδης*, B *Στρομμιχίδης*, sollemnis error. Sic etiam c. 16, 30, 62.

Caput 16 § 1. Vulg. *καὶ ὁ πεζὸς ἅμα καὶ ὁ τῶν Κλαζομενίων καὶ Ἐρυθραίων παρῄει*. In B abest *καὶ* alterum, idque recte. Neque Valla

---

1) cf. praef. pag. VIII.

2) cf. 1, 107, 4. 2, 67, 1. 5, 29, 2.

copulam expressit: „aderatque ei Clazomeniorum atque Erythraeorum peditatus."

§ 2. Vulg. προαισθόμενος δ' ὁ Στρομβιχίδης προανήγετο; B ἐξανήγετο, cui Vallae „abscessit" potest respondere. In promptu etsi est dicere Στρομβιχίδης ἐξανήγετο i. e. portum reliquit, vulgata tamen prorsus odiosa non est: etenim cum Atheniensium dux accessum hostium praesensisset, nil miramur eum in altum vela dedisse, antequam hostilis classis adesset.

§ 3. Vulg. καὶ ἐπέσχον μὲν οἱ πολλοί, B recte οἱ πεζοί, quod a Valla stabilitur: „peditatumque .... introduxerunt, qui .... muros demolitus est."

Ibid. Vulg. καθῄρουν αὐτοὶ, B addit copulam τε, de qua vehementer dubito ob sequens ξυγκαθῄρουν δέ. Valla neglexit.

Ibid. Vulg. πρὸς ἤπειρον, B recte τὸ πρὸς ἤπειρον.

Ibid. Vulg. ὧν ἦρχε Στάγης. Variis modis in libris refertur ducis nomen; si autem idem est, qui Xen. Hell. 1. 2. 20 memoratur, certe scribendum est Στάγης [1]).

Caput 17 § 2. Vulg. τάς τε .... ναῦς. Copulam quae non habet quo respiciat B et Valla omiserunt.

§ 4. Vulg. ἡ .... ξυμμαχία .... ἐγένετο ἥδε, recte. B ἐγεγένητο. Valla: societas inita est".

Caput 18 § 2. Vulg. τοῦ πολέμου πρὸς 'Αθηναίους, B ante πρὸς inserit τούς, quod cum Classeno mutandum est in τοῦ. Valla: „bellumque cum Atheniensibus dissolvere ne liceat."

§ 3. Vulg. πολέμιοι ἔστωσαν βασιλεῖ κατὰ ταῦτα, B κατὰ ταὐτά, quod tuetur Classenus laudans l. V c. 18 § 9. Valla cum nonnullis libris κατὰ ταῦτα conjungit cum capitis sequentis initio, unde oritur lectio, quae speciem saltem habet modo scribas κατὰ ταῦτα

---

1) cf. praef. pag. VIII.

μὲν ἡ ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. Verba κατὰ ταῦτα necessaria non esse docent loci gemelli c. 37 § 5 et c. 58 § 4.

Caput 19 § 1. Vulg. μετὰ δὲ ταῦτα, B τοῦτο. Valla „postea."
§ 2. Libri ἐλθούσης .... ἀγγελίας αὐτοῖς ἀποπλεῖν πάλιν, καὶ ὅτι Ἀμόργης πάρεσται. Valla omisit καί, quod sententiae tenorem turbat.

Caput 20. Vulg. ᾧπερ ἐγίγνετο ἤδη πᾶσα ἡ ναυαρχία. Cum non nisi de classis imperio fiat sermo, dubium restat nullum, quin vulgata veram exhibeat scripturam, quae etiam a Valla est expressa: „penes quem jam esset summa rei navalis." Ut supra c. 12 § 4 miro modo pro νεῶν B rettulit Ἀθηναίων, nescio quo pacto pro ναυαρχία nostro loco dixit ναυμαχία. Cave ne putes de calami errore; quasi enim de industria factum sit, ter scriptoris manum inquinatam invenimus in eodem vocabulo ναυμαχία. (cf. 33, 2. 39, 1).

Caput 21 § 1. Vulg. ὁ δῆμος .... ἐς διακοσίους .... τῶν δυνατῶν ἀπέκτεινε; B τῶν δυνατωτάτων; superlativum Classenus, quod ad nostrum locum, egregie defendit: „τῶν δυνατωτάτων habe ich aus Vat. für τῶν δυνατῶν aufgenommen und eben so c. 48, 1 u. 63, 3 οἱ δυνατώτατοι. An diesen Stellen werden die angesehensten und einflussreichsten Männer der Partei hervorgehoben, wie auch 1, 115, 4 ebenfalls auf Samos." Vaticano consentit Valla qui, paulo supra vertens τοῖς δυνατοῖς per „primores", nostro loco interpretatus est „maxime potentes", unde eum vidisse superlativum apparet.

Ibid. Vulg. τετρακοσίους δὲ φυγῇ ζημιώσαντες καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν αὐτῶν καὶ οἰκίας νειμάμενοι. B hisce addit κατεῖχον, quod sane intransitive usurpatum haud displicet, etsi etiam vocabulo omisso sententiae tenorem non credo perturbari. Sed dandum est non illepidum esse additamentum, cui una modo res quominus Thucydidi tribuatur obstat. Quid enim est κατεῖχον nisi „imperium tenebant" vel „urbem regebant"? Quod cum ita sit, nemo dixerit, quid sibi

velint verba *τὰ λοιπὰ διώκουν τὴν πόλιν*, in quibus omnino eadem inest notio, quae in *κατεῖχον*. Valla vocabulum non reddit.

Caput 22 § 2. Vulg. *καὶ αἱ μὲν νῆες καταπλεύσασαι Μήθυμναν πρῶτον ἀφιστᾶσι*, quibus B addit *καὶ καταλείπονται τέσσαρες νῆες ἐν αὐτῇ· καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μυτιλήνην ἀφιστᾶσιν*, quae, ut jam probat *πρῶτον*, sine dubio sincera ducenda sunt verba. Priore voce *ἀφιστᾶσι* in errorem scriba inducto, exciderunt ea, quae B nobis servavit quaeque a Valla expressa sunt: „Quibus navibus Chii primum Methymnam (quo prius pervenere) deinde, relictis hic quatuor navibus Mytilenen (quo cum caeteris navibus venerunt) ad deficiendum impulere."

Caput 23 § 1. Vulg. Κεγχρειῶν, B Κεγχρεῶν. Valla: „e Cenchreis."
§ 2. Plerique librorum exhibent soloecismum *καὶ προσλαβὼν Χίαν ναυμαχίαν*, cum unus vel fortasse duo codices veram tradant lectionem *καὶ προσλαβὼν Χίαν ναῦν μίαν*, quod propter sonum gratum anteponamus oportet *Χίαν μίαν ναῦν* ex B. De verborum ordine nihil pro certo ex Valla deduci possit; quamquam non vidit *ναυμαχίαν* „sumpta una navi Chia."
Ibid. Vulg. *ὅτι ἡ Μυτιλήνη* .... *ἑάλωκε* a Stahlio servatum. B *ἑάλω*. Valla: „certior fit Mytilenen .... esse captam."
§ 4. Vulg. *καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν* .... Nemini dubium erit, quin pro insano *παρέπλει* B recte scribat *παραπέμπει*, a Valla quoque expressum „armatos terrestri itinere transmisit". Nonnulli libri paulo infra post *παρέπλει* repetunt *ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν*, quae iterata verba languent, neque in B exstant. Opinari fortasse quis possit Vallam addita sine causa verba indicare voce „eodem," quod tamen adverbium me judice interpreti necessario usurpandum fuit, cum in latinis quidem nequeat abesse „eodem": „ipse quoque eodem cum navibus suis ac tribus Chiis vela fecit,"
§ 5. Vulg. *ἀπέπλευσε τὴν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβὼν*, B ante *ἀναλαβών*

inserit πεζὸν, quod Valla, alibi, ut ait Stahlius, fere semper Vaticano consentiens, jure neglexit, quia barbara ut fiat lectio facit additamentum: graece omnino dicendum erat τὸν στρατὸν τὸν πεζόν. Valla: „resumptis suis copiis trajecit in Chium.

Caput 24 § 1. Vulg. ἔστησαν, B ὕστερον, male. Valla: „erecto trophaeo."

§ 2. Vulg. ἐκ Λέσβου B ante Λέσβου habet τοῦ, quod Stahlius et Herwerdenus non receperunt. Valla: „ex Lesbo."

Ibid. Vulg. ἔκ τε Οἰνουσσῶν τῶν πρὸ Χίου νήσων καὶ ἐκ Σιδούσσης καὶ ἐκ Πτελεοῦ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη ὁρμώμενοι τὸν πρὸς τοὺς Χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. B post τείχη addit ἀπῆραν, tribuendum interpreti qui, medicinam adhibere putans, sententiae tenorem turbavit. Quomodo enim ex Oenussis insulis, ex Sidussa, ex Pteleo enavigare potuerunt Atheniensium duces contra Chium, eodemque tempore e Lesbo? Quae difficultas restat etiamsi cum Classeno (cf. Krit. Anh.) scribimus ἀπῆραν ἐκ τῆς Λέσβου καὶ ὁρμώμενοι κτέ. Corruptus sane locus est; quod etiam efficitur ex Valla, qui vertit: „quos muros in Erythraea habebant, diruerunt." Pro ἀπῆραν legit igitur καθεῖλον, quod superest in D et I.

§ 3. Vulg. Βολίσσῳ, ut Valla „Bolissum", B recte Βολίσκῳ [1]).

§ 4. Vulg. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους .... εὐδαιμονήσαντες ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, B jure ηὐδαιμόνησάν τε. Duo enim verba finita ut exspectemus facit ἅμα. Stahlius jam animadvertit Vallae cum B consensum: „beati et iidem modesti exstiterunt."

Vulg. τόσῳ, recte et Valla: „eo". B τοσῷδε.

§ 5. Vulg. unice verum comparativum refert in εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι ut Valla: „si minus tuto moliti esse videntur." B perverse ἀσφαλέστατον, ut etiam ἐς pro εἰ.

Ibid. Vulg. ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον ξυγκινδυνεύσειν, B ἢ μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων,

---

1) cf. praef. pag. VIII.

μεθ' ὧν ἔμελλον ξυνκινδυνεύειν. Nemo nostri scriptoris operum editor de Vaticano probando cogitavit Classeno excepto, qui plurima perdidit verba in defendenda causa desperata, ut etiam in arguenda sententia lectionem, qualis est in B, subtilius accuratiusque esse elaboratam. Quam autem rem viro docto non cessisse inspecta annotatione quisque dabit. Duae res in B displicent. Quid sibi volunt *μεθ' ὧν ἔμελλον ξυγκινδυνεύειν*? Pueriliter se habent juxta *μετὰ πολλῶν τε κἀγαθῶν ξυμμάχων*! Quid enim fecissent una cum multis fortibusque sociis illis Chii nisi obire periculum? Sententiae igitur relativae locus est nullus. Accedit quod, Vaticanum si probemus, langueat finis sententiae, quae omnino perturbatur. In vulgata recte ex *οὐδὲ πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι* pendent sequentia *καὶ Ἀθηναίους — τὰ πράγματα εἴη*, Vaticani autem lectione recepta cur addita sint verba causa nulla amplius exstat. Cui difficultati hoc modo mederi conatur Classenus: „unmöglich konnten sie auf das Eintreten einer veränderten Ansicht bei den Athenern warten, sondern es ist eine neue und selbständige Bemerkung: und auch von den Athenern nahmen sie ab, dass sie." Sed nihil interest utrum Chii Athenienses ipsos non infitiari res suas post Siciliensem acceptam cladem esse afflictas cognoverint necne, sed ut verba *οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι* in sententiae initio posita docent, scriptor probare conatur ne defectionem quidem, licet fortasse eos hac in re paulo imprudentius egisse quis putaverit, Chios statuisse, antequam apud ipsos constaret non solum socios magno numero secum belli fortunam periclitari esse paratos, sed etiam Athenienses ipsos de rebus desperare suis.

Ibid. Vulg. *τὰ τῶν Ἀθηναίων*, B injuria omittit *τά*.

Ibid. Neque *ξυναιρεθήσεσθαι* vulgatae neque Vaticani *ξυναναιρεθήσεσθαι* placet. Legundum est *ἀναιρεθήσεσθαι*. Cum Herwerdeno abesse velim *ξυν*, quod e *ξυνέγνωσαν* errore natum videtur. Valla: „fore . . ut everteretur."

§ 6. Vulg. *οὖν*, B *γοῦν*. Bekkerus correxit in *δ' οὖν*. Valla „Itaque."

Ibid. Vulg. *Ἀθηναίους*, B articulum addit.

Caput 25 § 1. Vulg. Σκιρωνίδου, ut Valla: „Scironida", recte. B Κιρωνίδου.

§ 3 Vulg. ξυμμάχοις, B τοῖς ξυμμάχοις· utrumque ferendum est. Ibid. Vulg. προεξάρξαντες, vitiosa forma; neque B recte προεξαΐξαντες. Legendum προεξᾴξαντες. Valla: „et Argivi latius exporrecto suo cornu."

§ 5. Vulg. καὶ ξυνέβη .... τοὺς Ἴωνας ἀμφότερων τῶν Δωριῶν κρατῆσαι. Multo significantius et sententiae aptissime B legit ἀμφοτέρωθεν, quod etiam Valla vidit: „Contigit ut Iones utrinque Dorum (?) victores existerent."

Caput 26 § 1. Vulg. τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας .... ναῦς, B inverso ordine: ἀπὸ Σικελίας καὶ Πελοποννήσου, quod correctum videtur propterea quod in sequentibus prius de Siciliensium auxiliis disserit scriptor. Valla vulgatae convenit: „naves e Peloponneso atque e Sicilia".

Ibid. Vulg. Σελινούντιαι, ἑτοῖμαι, ξυμαμφότεραι. B ter perverse tradit masculinum genus. Valla cum vulgata facit.

Ibid. Vulg. κατέπλευσαν ἐς Ἔλεον, (aut Ἐλεόν), B Λέρον [1]), quod videtur esse verum, quoniam insula quaedam Ἔλεος alibi non memoratur. Sic B etiam c. 27. Quamquam Λέρος fere longinquius a Milite abest quam ut ἡ πρὸ Μίλητου νῆσος appelletur. Valla: „Eleum" nostro loco, capite autem 27 § 1 tradit „Derum", quod quam parum differat a „Lerum", nemo non videt.

§ 2. Vulg. Ἰασικόν, ut Valla. B male Ἀσιακόν.

§ 3. Vulg. recte οἶπερ, Valla: „illuc". B οὗ ὑπέρ.

Caput 27. Paragraphus altera miserius est corrupta, quam ut vera scriptura restituatur. Lubet laudare Vallae interpretationem: „Quoties liceret postea planius nosse adversus quot hostium naves quantum ipse navium satis habeas, et per otium instruere

1) cf. praef. pag. VIII.

ad pugnandum, non utique turpitudini atque dedecori dandum esse si nolis subire nulla ratione periculum". Quae etsi subobscura contortaque sunt verba, apparet tamen eum pro ὅπου sententiae initio aut pro sequenti ὅπου τε legisse ὁπότε, quod Stahlius conjectura est adsecutus. In sequentibus consentit vulgatae in voce ἀλόγως „nulla ratione", quod in B depravatum est in ὀλίγῳ.

Ibid. Vulg. ἔσται, B ἐξέσται, minus recte. Post ἀγωνίσασθαι B solus inserit ὅποι τε βούλονται, quae verba si retinemus, cum Stahlio mutanda sunt in ὁπότε βούλονται.

§ 3. Vulg. ἡσσηθῶσι, recte; B ἡττασθῶσι.

Ibid. Vulg. ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ; B injuria omittit ἀνάγκῃ, quo vocabulo tota disputatio nititur. Valla: „aliqua prorsus antecedente necessitate".

§ 4. Vulg. ἤν που καιρὸς εἴη, B recte ᾖ. Valla „sicubi foret opportunum".

Caput 28 § 2. Vulg. οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ 'Αττικὰς ναῦς εἶναι. B ante ναῦς inserit τάς, non male, neque tamen articulus est necessarius.

§ 4. Vulg. τούς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν 'Αμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες. Sic etiam recte Valla: „Caeterum auxilia quae circa se Amorges habuerat .... recepere ad se". B post 'Αμόργην addit τὸν Πισσούθνου, quae verba quantopere langueant supervacentque, optime docet Herwerdenus, qui jam § 3 Stahlio probante spuriam naturam interpretamenti Πισσούθνου νόθον υἱὸν ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως hisce arguit: „Dele scholium petitum e cap. 5 extr. eo hoc loco ineptius, quod § 2 sine ulla hominis descriptione praecesserant verba: Τισσαφέρνης πείθει αὐτοὺς ἐπ' Ἴασον, ἐν ᾗ 'Αμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι. Rectissime: nam confidebat historicus lectorum suorum memoria, nostra fortasse aliquanto fideliore".

Caput 29 § 1. Vulg. ἔφη δώσειν, B δώσειν ἔφη. Valla: „soluturus (ut dicebat)".

§ 2. Vulg. *ὁ γὰρ Θηριμένης οὐ ναύαρχος ὤν*, sic Valla: quoque „Therimenes enim quum non esset ipse dux". Vaticani *οὐκέτι* non quadrat, quia et antea dux non fuerat Therimenes, ut docent sequentia *ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων.* cf. etiam c. 26 § 1.

Ibid. Vulg. *ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός* Valla: „nam quinque et quinquaginta navibus terna talenta in singulos menses dabat". Madvigius Meiboomio praeeunte pro *τρία* recte scripsit *τριάκοντα.* In promptu est minime cum B numerale nomen desiderari posse. Locum, qui est ex difficillimis, egregie enucleavit vir clarissimus Naberus, qui ante *πλέον* inseruit *οὐ*, quam negationem nisi recipiamus, sententiae significatio non apparet [1]).

Caput 30 § 1. Vulg. *Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος τοῖς .... Ἀθηναίοις προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν .... νῆες .... καὶ στρατηγοὶ .... καὶ τὰς ἀπὸ Χίου .... ξυναγαγόντες ἐβούλοντο .... ἐφορμεῖν.* Minus usitata forma anacoluthi multo praebet veritatis majorem speciem quam simplex nominativus *οἱ .... Ἀθηναῖοι*, qui in B correctori est tribuendum. Hoc etiam valet de Vaticani *προαφιγμέναι*, quod Stahlius non recepit in textum. Vallam nihil miramur anacoluthon in latinis sustulisse, eumque, quod ad participium attinet, cum vulgata facere videmus: „quum advenisset illuc e domo classis alia".

Ibid. Vulg. *πάσας καὶ τὰς ἄλλας*, B *καὶ τὰς ἄλλας πάσας* majore cum specie. Vallae: „contractis et a Chio et aliunde navibus", liberius vertens.

§ 2. Vulg. *τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον.* B bis in hisce peccat. Refert enim pro *ἀγαγόντες*, cui fortasse *ἄγοντες* praestat, *ἀπολιπόντες*, quod manifesto pugnat cum contextu, et pro *λαχόντες*

---

1) cf. Mnemosyne. vol. XIV pag. 427.

mendose λαβόντες. Stahlius ἀγαγόντες, quod propter praecedens ἔχοντες fere abundat, a Valla omissum esse animadvertit; quae fuit causa, cur Herwerdeno probante vocabulum uncinis incluserit vir doctus. Valla: „cum triginta navibus et parte armatorum .... actuariis navigiis advecti sunt in Chium".

Caput 31 § 4. Vulg. τὰ δ' ἐσβαλόμενοι ἀπέπλευσαν ἐς Φώκαιαν. Graeca non intellegens Valla τὰ δὲ de locis quibusdam in Clazomenarum vicinitate sitis accepit. Quamquam eum vidisse dixeris aoristi participium, quod in B injuria in ἐσβαλλόμενοι abiit: „quaecumque circa *loca* Clazomenis obnoxia erant, octo dies propter tempestatem immoratae, quum partim diripuissent exhausissentque, partim oppugnassent".

Caput 32 § 1. Vulg. ὄντος δ' αὐτοῦ ἐνταῦθα Λεσβίων πρέσβεις ἀφικνοῦνται βουλόμενοι ἀποστῆναι, quod a Valla stabilitur: „Is dum ibi agit a legatis Lesbiorum aditus est de insula illi tradenda". Valla, qui alibi fere semper in praestantioribus lectionibus Vaticano concinit, hic dissidet a B, qui solus ante ἀποστῆναι inserit αὖθις, quod scriptori ipsi non attribuo. „αὖθις", ait Classenus, „nach dem ersten von den Athenern c. 23, 6. unterdrückten Versuch". Sed nihil Lesbii ipsi defecerunt; imo a Chiis ad defectionem sunt coacti: c. 22 § 2 καὶ αἱ μὲν νῆες .... Μήθυμναν πρῶτον ἀφιστᾶσι .... καὶ αὖθις αἱ λοιπαὶ Μυτιλήνην ἀφιστᾶσιν. In B inverso ordine est; ἀφικνοῦνται πρέσβεις.

Ibid. Vulg. χειμασθεισῶν τῶν νεῶν ὕστερον ἀφικνοῦνται ἄλλαι ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον. B ante τῶν νεῶν addit καὶ πλανηθεισῶν ab omnibus Classeno excepto viris doctis damnatum: „glossema", inquit Herwerdenus, „ad ἄλλαι ἄλλοθεν recepit Classenus". Attendas ad scholion: καὶ χειμασθεισῶν νεῶν ἤγουν διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος, quo Vaticani additamenti νοθεία cognoscitur. Valla recte: sed tempestate disiectae naves eodem tandem omnes aliae aliunde pervenerunt". B perverse quoque ἄλλοι.

§ 2. Vulg. ὡς ἐς πεντακοσίους, alterutrum ex interpretamento natum, B ἐς πεντακοσίους. Valla: „ad quingentos".

§ 3. Vulg. προσφέρει τῷ τε Πεδαρίτῳ καὶ τοῖς Χίοις Ἀστύοχος λόγον; B ante Ἀστύοχος et λόγον articulos addit. Ad τόν λόγον vere monet Poppo: „at in plurali saltem frequens locutio λόγους προσφέρειν sine artic.". Valla: „Astyochus retulit rem ad Paedaritum atque ad Chios".

Caput 33 § 1. Vulg. λαβὼν τάς τε Κορινθίων πέντε, B τῶν Κορινθίων. Valla „sumptis quinque Corinthiis" facit contra Stahlium, qui πέντε proscripsit.

Ibid. Vulg. ἃς αὐτὸς Λακωνικὰς ἦλθεν ἔχων, ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, B ἔχων ἦλθεν .... ναυμαχίαν. Sollemnis est verborum ordo, quem vulgata refert cf. 8, 1. 27, 4. Quod ad ναυαρχίαν attinet, dubium non est, quin vera sit lectio. cf. supra c. 20. Valla: „praeter suas Laconicas, cum quibus venerat, Miletum abiit ad suam nauarchiam".

§ 2. Libri: ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, λόφου διείργοντος, καὶ καθωρμίσαντο. Locum sanavit Kruegerus uncinis includens καί. Quam correctionem probatam esse a Valla vidit Stahlius: „ad alterum tumuli latus, quo detinebantur, stationem habebant".

§ 3. Vulg. ἐλθούσης δὲ παρὰ Πεδαρίτου ἐπιστολῆς. B ante ἐπιστολῆς solus habet ὑπὸ νύκτα, quod omisit Valla: „Astyochus: accepta a Paedarito epistola . . , . extemplo revectus est Erythras". Nihil ausim affirmare de B. Nonne fieri potest, ut ὑπὸ νύκτα fictum sit e nocturni temporis notione, quae inest in ἐνηυλίσατο (§ 2) cum praeterea scriptor narret Astyochum litteris acceptis statim esse revectum Erythras?

§ 4. Vulg. διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Π. παρ' αὐτὸν (vel αὐτῶν) καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι. B pro παρ' αὐτὸν legit πρὸς αὐτὸν recte, sed pro τὰ περὶ perperam exhibet παρά. Valla: „qui ipse quo illuc ad eum trajecerat, quaestione habita de iis, qui proditionem moliri viderentur".

Caput 34 § 1. Vulg. καὶ ὥσπερ ἰδόντες ἐπεδίωκον, B καὶ ὡς εἶδον, ἐδίωκον, quae lectio omnes tollit difficultates. Sic etiam Valla: easque simulac conspexit, insequuta est". Stahlius in Symb. phil. Bonn. proposuit: καὶ ὥσπερ εἶχον, ἰδόντες ἐδίωκον haud male neque tamen necessario.

Ibid. καταφεύγουσιν ἐς τὸν .... λιμένα Φοινικοῦντα καλούμενον; sic Valla quoque: „fugam intenderunt in portum Mimanti subjectum, nomine Phoenicuntem". Solemne participium in nominibus geographicis non libenter cum B desideramus neque Classenus e textu eliminavit.

Caput 35 § 1. Vulg. ἀφειστήκει, recte. B ἀφεστήκει.

§ 2. Vulg. recte προσβαλλούσας, B προσβαλούσας. Valla: „qui-transmitterent".

§ 3. ἐπὶ Τριοπίῳ. Omnes libri praeter B omittunt τῷ.

§ 4. Vulg. τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον καὶ, ὡς ἄμεινον φραξαμένων αὐτῶν .... οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἐπελθόντες καὶ δῃώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν. B pro ἐπελθόντες legit ἀπελθόντες, ab omnibus quod sciam, editoribus probatum. Num jure? Vulgata quo modo hucusque solebat interpungi, commate inter ἔβλαπτον et ἀπελθόντες posito, retineri non potuit, liberque B necessario erat sequendus. Quid autem si legimus οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον ἐπελθόντες, καὶ δῃώσοντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν? Haec lectio, ni omnia me fallunt, ab omni parte se habet recte eamque a Valla stabiliri fere dixerim: „Postero die rursus subeuntes, quum per noctem oppidani melius urbem obsepissent ... , non jam perinde in oppugnando nocuere, ac pervastato illorum agro in Samum rediere".

Caput 36 § 1. Vulg. ὡς Μίλητον; B ἐς, recte. Valla: „in Miletum".

§ 2. Vulg. καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηριμένους παρόντος ἐποίουν. B ἔτι pro ἐπί, viris doctis approbantibus. Quid autem refert, utrum Therime-

nes etiam adesset necne, si in ipso foedere iciendo munere ei nullo erat fungendum? Causam igitur, cur addatur ἔτι, non video. Sollemnis contra est usus praepositionis ἐπὶ quod latine est „coram", ut pactiones factas esse discamus coram Therimene, qui adesset rebusque Lacedaemoniorum consuleret. Verisimile enim est Spartiatas, quibus prior pactio suum in commodum facta non videretur esse, viro cuidam facultatem potestatemque constituendi foederis conditiones dedisse. Nostro loco non de tempore sed de foederis ineundi ratione agit scriptor. Classenus annotat: „Er war noch anwesend, und die Uebergabe des Kommandos noch nicht erfolgt". Num quis sermonem esse posse de imperio ullo Therimenis putet, gnarus eorum quae hac de re tradidit Thucydides c. 29 § 2: ὁ γὰρ Θηριμένης οὐ ναύαρχος ὤν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων? Denique ut de correctione in B cogitem, facit locus quo se habet ἔτι, quod juxta participium παρόντος exspectamus. Valla: „Theramene adhibito". Vulgatam ipse tuetur scriptor, qui c. 43 § 3 de nostra pactione dicit: τὰς σπονδὰς τὰς Θηριμένους et c. 52 § 1: τῶν Θηριμένους σπονδῶν.

Caput 37 § 2. Vulg. Injuria B omittit Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τοὺς Λακεδαιμονίων, μηδέ, quae verba Valla reddidit.

Ibid. Vulg. recte μηδὲ ὤν; Valla: „Ne vicissim rex, aliquisve eorum, quibus rex praeest". B μήτε ὤν.

Ibid. Vulg. recte μηδὲ τοὺς ξυμμάχους; Valla: „adversus Lacedaemonios eorumve socios". B μήτε τούς.

§ 3. B addit articulum οἱ Λακεδαιμόνιοι, praeter necessitatem.

Caput 38 § 1. Vulg. Μετὰ δὲ ταύτας. B injuria particulam omittit.

§ 2. Vulg. διαβεβηκότες τὴν Χίον .... καὶ κρατοῦντες γῆς καὶ θαλάσσης. B post διαβεβηκότες habet ἐς et ante γῆς inserit καί, quae lectio praestare videtur, Vallaeque respondet interpretationi: „jam Chium appulsi, terraque ac mari potiti".

Ibid. B χωρίον .... ἐκ τῆς γῆς καρτερὸν. Reliqui non exhibent articulum. Valla: „a terra munitum".

§ 4. Vulg. ἐπιστέλλει .... ὁ Πεδάριτος. In B abest ὁ.

§ 5. Vulg. ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον. Bis a vulgata recedit B, pro ἐπεὶ referens temporalem conjunctionem ἐπειδὴ a nostro alibi nusquam fere cum optativo usurpatam et pro ἀναχωροῦντες scribens ἀποχωροῦντες sensu vacuum. Valla recte: „quum hostes pugnam detrectarent, rursus in Samum reductae quievere".

Caput 39 § 1. Vulg. ἄρχων ἔπλει αὐτῶν Ἀντισθένης; B rectius ἐπέπλει. Valla liberius: „duce Antisthene."

§ 2. Vulg. εἴρητο αὐτοῖς .... Ἀστύοχον .... παύειν τῆς ναυαρχίας, vera lectio, quae etiam apud Vallam invenitur: „dato eis negotio ut .... Astyochum amoverent e nauarchia." Tertium B miro errore insulse ναυμαχίας rettulit (cf. 20, 1. 33, 1).

§ 3. Vulg. αἱ νῆες .... Μήλῳ προσέβαλον. Si verum est, quod tamen dubitari licet, Lacedaemoniorum naves revera non ad Melum appulisse, cum Classeno probandum est Vaticani προσέβαλλον. Vix fieri potest, ut quid doceamur a Valla: „ad Melum appulsae."

Ibid. Vulg. τὰς τρεῖς λαμβάνουσι κενάς. Sic quoque Valla: „tres captae sunt inanes," neque ullo modo cum B omittendum est κενάς.

Ibid. Vulg. δεδιότες μὴ αἱ διαφυγοῦσαι .... νῆες .... μηνύσωσι τοῖς ἐν τῇ νήσῳ τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν. B omittens αἱ audiendus non est; quod autem pro νήσῳ, proprie in margine adpicto, postea, remota vera lectione, in textum recepto, praebet Σάμῳ, hac in re praestantiam cognoscimus libri B, cuius imago exstat apud Vallam: „mox isti, veriti ne reliquae, quae aufugissent, adventum suum notum facerent Atheniensibus Sami stationem habentibus." Inversa ratione capitis fine pro Μιλήτῳ B minore cum specie legit νήσῳ; et hic Valla recte „ad Miletum" [1]).

1) cf. Stahlius in editione majore.

Ibid. Vulg. καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς ποιησάμενοι ἐς τὴν Καῦνον τῆς 'Ασίας κατῆραν. Fuit Wilamowitzius, qui [1]) pro 'Ασίας suspicatus est Καρίας contradicentibus Classeno, Herwerdeno, Stahlio, quorum primus sic: „Es liegt nahe, die bestimmtere Bezeichnung τῆς Καρίας zu vermuten. Doch hat Th. die algemeine 'Ασία auch 4, 75, 2 dem thrakischen Festland und 5, 1 der Insel Delos gegenüber, wie hier der Insel Kreta." Loca laudata etsi non infitior prudenter esse electa, equidem tamen non credo, si in libro ullo Καρίας inveniretur, de lectionis sinceritate quemquam dubitasse. Quocirca operae pretium esse videtur attendere ad singularem praestantiam libri Vallae, cui debemus, ut Καρίας, certo certius lectio vera, aetatem tulerit: „et pleraque navigatione per custodiam confecta, tenuerunt ad Cannum Cariae". Si quis de interpretis ipsius emendatione cogitandum fortasse existimet, velim rogare, num verisimile sit in viro graecae linguae tam parum gnaro, ut puerilia interdum non intellexerit [2]), acumen criticum fuisse!

Caput 40 § 1. Vulg. οἱ δὲ Χῖοι .... καίπερ διαμέλλοντα τὸν 'Αστύοχον πέμποντες ἀγγέλους ἠξίουν .... βοηθῆσαι. B πέμψαντες, quod significantius dictum putat Classenus. Contrarium equidem credo; nonne ferventior oratio evadit per participium praesentis: etsi Astyochus cunctatur, Chii auxilium rogare non desinunt semel iterumque legatos mittentes. Accedit, quod propter praesens διαμέλλοντα praetulerim quoque πέμποντες. Valla liberius „per nuntios orabant." Vulgatam retinuit Stahlius.

Caput 42 § 2. Vulg. τοῦ μὲν φανεροῦ ἤδη ὄντος. Perverse mutato ordine B ὄντος ἤδη. Valla neglexisse videtur adverbium: „adeo ut sinistrum cornu veniret in conspectum Atheniensium."

1) Hermes XII. pag. 366.

2) cf. praef. pag. VI.

Caput 43. § 1. Vulg. ἐπὶ μὲν τὸ ἐν τῇ Κνίδῳ ναυτικὸν οὐχ ὁρμίσαντες. Unice verum ὁρμήσαντες B, cui consentit Valla: „quum neque invaderent ipsi classem."

Ibid. Vulg. Λωρύμοις τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ προσβαλόντες ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Σάμον. B προσπλεύσαντες, jam rejiciendum ob sequens ἀπέπλευσαν, unde etiam corruptela originem duxisse videtur. Valla pulcre: „Lorymis in continente oppugnatis, redierunt Samum."

§ 2. Vulg. ἅπασαι δ' ἤδη οὖσαι ἐν τῇ Κνίδῳ αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες. B, qui solus inserit ἅμα post οὖσαι, probat Classenus contradicente Herwerdeno: „sed Th. addidisset potius ὁμοῦ, *eodem loco* (cf. ad 4, 30, 4), quod fieri potest ut reponendum sit." Valla num viderit Vaticani lectionem dijudicare non ausim: „coacta ad Cnidum omni classe."

§ 3. Librorum plerique omittunt οὔτε τὰς Χαλκιδέως, quae Valla rettulit: „negare foedera bene inita tam a Chalcideo quam a Theramene esse."

§ 4. Vulg. ἑτέρας οὖν ἐκέλευε βελτίους σπένδεσθαι, quibus B addit ξυνθήκας. Invictis argumentis ostendere sitne ξυνθήκας vera manus an emblema, difficilis sane et fere inextricabilis est quaestio. Quae a Classeno ad tuendum Vaticanum sunt allata me judice refellit Herwerdenus: „ξυνθήκας quod recepit Cl., qui contendens, omisso substantivo et audito e praegressis σπονδάς necessarium esse τρίτας pro ἑτέρας, immemor fuit saepissime ἕτερος non diversum esse ab ἄλλος." Apparet autem etsi ruat necesse est Classeni argumentum, spuriam naturam vocis nondum a viro docto Batavo esse probatam. Valla supra τὰς σπονδὰς refert voce „*foedera*," nostro tamen loco vertit: „itaque jubere alias inire *pactiones*." E quibus ne quid pro certo deducas ad lectionem constituendam moneo, cum c. 37 et 38 ξυνθήκας modo „foedera", modo „pactiones" sit interpretatus Valla. Quin imo ut vocabulum ex iis, qui praecedunt, subintellectum addiderit, optime fieri potest.

Caput 44 § 1. Vulg. οἱ δ' ἐς τὴν Ῥόδον, ἐπικηρυκευομένων ἀπὸ

τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, τὴν γνώμην εἶχον πλεῖν. Cum Kruegero et Herwerdeno delendum est *ἀπό*, quod ut loco gemello stabiliret non Classeno cessit. B ex correctione *ἐπικυρυκευομένοι*. Valla: „Illi a primoribus Rhodiorum publice accersiti constituerunt illuc ire".

§ 2. Vulg. *προσβαλόντες Καμείρῳ τῆς Ῥοδίας πρὸς τὴν ναυσί.* Pro stulto *πρὸς τὴν* B solus *πρῶτον*. Valla: „quum ad Camirum orae Rhodiae primum appulissent." Herwerdenus et Stahlius scribunt *Καμίρῳ*.

Ibid. Vulg. *ἔφευγον*, B *ἔφυγον*, fortasse aptius juxta *ἐφόβησαν*. Valla: „ut ab urbe profugerent".

Ibid. Vulg. *Λίνδου τε καὶ Ἰηλυσοῦ.* Stulte addita copula *τε* carent B et Valla: „Lindo et Ielyso".

§ 3 Vulg. *ἐφάνησαν πελάγιοι*, potiorem duco lectionem Vaticana *ἐπεφάνησαν*, quae usurpatur de iis, quae accidunt praeter opinionem; qualis significatio in nostro loco non inest (cf. c. 42 § 2). Valla: „in hostium conspectum venerunt".

Caput 45 § 1. Vulg. *Ἀλκιβιάδης μετὰ τὸν Χαλκιδέως θάνατον .... ὕποπτος ὤν*; B soloece addit ante *μετὰ* copulam *τε*, quae non exstat apud Vallam: „Alcibiades post Chalcidei necem .... in suspicionem venit".

Ibid. Vulg. *ἀπ' αὐτῶν ἀφικομένης ἐπιστολῆς πρὸς Ἀστύοχον ἐκ Λακεδαίμονος ὥστ' ἀποκτεῖναι. ἀπ' αὐτῶν* et *ἐκ Λακεδαίμονος* plane idem valent ideoque alterutrum rejiciendum existimans includam uncinis *ἀπ' αὐτῶν*, quod a Valla non expressum est et in *παρ' αὐτῶν* erat mutandum.

Ibid. Vulg. *ἦν γὰρ τῷ Ἄγιδι ἐχθρὸς καὶ ἄλλως ἄπιστος ἐφαίνετο.* Editores ex B post *γὰρ* inserunt *καὶ*, cuius singularem significationem non plane intellego quodque apud Vallam relatum non video: „erat enim Agidi inimicus et alioqui infidus habebatur".

§ 2. Vulg. *οἱ δὲ τὰς ναῦς ἀπολείπωσιν ὑπολιπόντες ἐς ὁμηρείαν τὸν προοφειλόμενον μισθόν.* B ante *ὑπολιπόντες* inserit *οὐχ*, qua negatione omnino non possumus carere. Valla Vaticani auctoritatem auget:

„partim classem deserendo, dum partem stipendii sibi debitam non relinquerent obsidem sui". Acute locum tractavit Stahlius.

§ 3. Vulg. καὶ τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων ἐδίδασκεν ὥστε δόντα χρήματα αὐτὸν πεῖσαι ὥστε ξυγχωρῆσαι ταῦτα ἑαυτῷ. Reiskius fuit, qui haud dubie jure prius ὥστε eliminavit; quod autem alterum B omittit, nequaquam faciendum est cum Classeno, qui et hoc loco inservit Vaticano, in quo, jam priore ὥστε polluto, ne eadem vox brevi intervallo iteraretur, sustulit corrector secundum ὥστε, quod tamen post πείθειν addere solet noster. Valla nihil docet certi: „idem edocuit ut trierarchos et civitatum duces, data eis pecunia, ad hanc rem sibi concedendam induceret".

§ 4. Vulg. τούτων δ' Ἑρμοκράτης τε ἠναντιοῦτο ὑπερ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ. B pro τέ, quod libenter desideramus, legit στρατηγὸς ὤν, omittens autem in sequentibus μόνος, quod verbis τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ optime opponitur, neque cur tollatur causa ulla exstat. Omnino mihi quidem placet Stahlii lectio, pro τέ assumpto Vaticani στρατηγὸς ὤν, servato autem vulgatae μόνος; quem in modum ut restituamus scripturam suadet Valla: [1]) „quorum dux Hermocrates solus omnium adversabatur, socialis classis nomine". Ceterum audias Stahlium in annotatione critica „editores, qui praeter τε aut μόνος aut στρατηγὸς ὤν omittunt, valde falluntur. nam τούτων μόνος non convenit πλὴν τῶν Συρακοσίων verbis et nudum στρατηγὸς ὤν huic loco male aptum est propter 29, 2; adjuncto autem μόνος significatur Hermocratem solum fuisse imperatorem, qui adversaretur". Scribatur cum B παντὸς pro vulgatae ξύμπαντος necne, non constat.

§ 5. Vulg. αἳ ἐς Ἀθηναίους πρότερον ἀποστῆναι ἀνήλουν; B recte ἢ ἀποστῆναι, nisi forte ipsum vocabulum omissum efficiat, ut interpolationem redoleat ἀποστῆναι. Valla: „quae pro Atheniensibus, antequam ab eis deficerent, sumptus facere solitae".

---

1) In editionis minoris praefatione.

Caput 46 § 1. Vulg. τὸν πόλεμον διαλῦσαι, B διαλῦσαι τὸν πόλεμον. Valla: „ne admodum incumberet bello finiendo".

Ibid. Vulg. μηδὲ βουληθῆναι κομίσαντα ἢ ναῦς Φοινίσσας, ἅσπερ παρεσκευάζετο μελλήσει μισθὸν πορίζοντα τοῖς αὐτοῖς .... τὸ κράτος δοῦναι; ex hisce tenebris emergimus ope libri B, in quo pro μελλήσει servata est vera scriptura ἢ Ἕλλησι, quod Valla quoque expressit: „neve aut accitis quas instruxerat Phoenicum navibus, aut majori Graecorum classe conducta, tradere Lacedaemoniis .... imperium vellet".

Ibid. Vulg. βασιλεῖ ἐξεῖναι ἐπὶ τοὺς αὐτῷ λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν. Eleganter B ante ἐπὶ inserit ἀεί, quo carere vix possumus quodque Valla reddit: „fore enim ut semper regi liceret in eos a quibus offenderetur, inducere alteros".

§ 2. Vulg. recte ἀπορεῖν ἂν αὐτὸν οἷς τοὺς κρατοῦντας ξυγκαθαιρήσει. B sensu vacuum: ξυγκαθαιρήσειν. Valla: „non habiturum eum adjutores, quibus oppnmeret eos qui rerum potirentur".

Ibid. Omnes libri monstrum referunt εὐτελέστερα τὰ δεινά, quod Classeni acumine lenissima correctione emendata est in τάδ' εἶναι. Nonne et Vallam putaveris sinceram lectionem vidisse: „satius autem esse si sqq."?

§ 3. Vulg. ἐπιτηδειοτέρους τε ἔφη τοὺς Ἀθηναίους εἶναι κοινωνοὺς αὐτῷ τῆς ἀρχῆς. Injuria B omittit εἶναι. Valla: „addebat etiam commodiores illi fore socios imperii Athenienses".

Ibid. Vulg. τοὺς μὲν γὰρ ξυγκαταδουλοῦν ἂν σφίσι τε αὐτοῖς τὸ τῆς θαλάσσης μέρος καὶ ἐκείνῳ ὅσοι ἐν τῇ βασιλέως Ἕλληνες οἰκοῦσι. Sic etiam Valla „fore ut in servitutem redigerent, sibi quidem ipsis maris partem, regi autem Graecos omnes qui provincias illius incolerent". Recte. Dativi enim σφίσι αὐτοῖς et ἐκείνῳ pendentes ex ξυνκαταδουλοῦν recte in vulgata inter se opponuntur; ἐκεῖνος autem infelix est emendatio Vaticani, qui etiam sine causa omittit τε. De copula certi nihil ex Valla apparet.

Ibid. Vulg. καὶ οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δ' ἐκείνων τῶν βαρβάρων,....

μὴ ἐλευθερῶσαι. B *βαρβάρων* neglexit, Reiskius ejecit *τῶν Ἑλλήνων.* Aut utrumque nomen proprium tollendum est, quod fecit Valkenarius, aut neutrum, alterutrum servari non licet. Valla vulgatae respondet: „quos neutiquam credibile esset, quum Graecos nunc a Graecis ipsis liberarent, non liberaturos esse a barbaris eosdem".

§ 5. Vulg. *ναῦς Φάσκων ἥξειν*, B *Φάσκων ναῦς ἥκειν.* Valla: „dicendo .... naves Phoenicum venturas". Vulgatae *ἥξειν* unice verum.

Ibid. Vulg. *τά τε ἄλλα καταφανέστερον ἢ ὥστε λανθάνειν οὐ προθύμως*, cuius lectionis rudera in integrum restituit *ξυνεπολέμει*, quod addit B, quodque a Valla stabilitur „in ceteris quoque apertius agens quam ut occultaret se non libenter illis sociis gerere bellum." Valde arridet elegans Naberi correctio *ἀπροθύμως* pro *οὐ προθύμως.*

Caput 47 § 1. Vulg. *τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα ἐπιθεραπεύων* recte, et Valla: „suum in patriam reditum curabat." Perperam B *ἐθεραπεύων.*

§ 2. Vulg. *Ἀλκιβιάδου προσπέμψαντος λόγους ἐς τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν.* Ex litteris, quas jam aliquamdiu exercitus viris nobilissimis (*ἐς τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν*) dandas curaverat Alcibiades, certiores erant facti milites (*οἱ ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίων στρατιῶται*) eum apud Tissaphernem summae esse gratiae et auctoritatis eumque de evertendo Atheniensium statu populari cogitare. Quapropter praestat Vaticani *προπέμψαντας*, quod Valla quoque: „ipse antea ad potentissimos mandata dederat."

Ibid. Vulg. *πονηρίᾳ .... τῇ ἑαυτόν ἐκβαλούσῃ.* B *αὐτὸν*, fortasse minus significanter dictum, quamquam potest ferri. Valla: „a quo esset eiectus"

Caput 48 § 1. Vulg. *καὶ ἐκινήθη πρότερον ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐντεῦθεν ὕστερον.* Quam periodum, cuius prior sententia subjecto caret altera autem verbo, in integrum restituit B, qui pro *τούτῳ*, quod sine ulla significatione cum *στρατοπέδῳ* conjungitur, legit

τοῦτο, praeterea in fine addens ἦλθε. Sic et Valla: „Quae res in exercitu primum agitata, mox illinc ad urbem pervasit".

Ibid. Vulg. ὑποτείνοντος αὐτοῦ καὶ Τισσαφέρνη μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλέα φίλον ποιήσειν. Prior καί, ut jam πρῶτον arguit, tollendum est neque in B nec magis apud Vallam exstat: „illo spondente redditurum se illis amicum Tissaphernem primum."

Ibid. Vulg. πολλὰς ἐλπίδας εἶχον αὐτοί τε αὐτοῖς οἱ δυνατοὶ τῶν πολιτῶν τὰ πράγματα .... ἐς αὐτοὺς περιποιήσειν. Vaticani αὐτοί θ' ἑαυτοῖς praestat vulgatae. Dubito tamen annon jure Classenus e B assumpserit δυνατώτατοι, quod non vidit Valla, qui capite superiore bis superlativum interpretatus est, „potentissimi" nostro autem loco „principes civitatis". Quaestio est utrum de primoribus civitatis i. e. de τῆς ὀλιγαρχίας participibus loquatur scriptor an, quod minus verisimile est, de illis (διαβάντες τινὲς), qui Alcibiadem adissent. Sermo enim modo potest esse de oligarchia instauranda cf. 3 (cf. c. 21 § 1 οἱ δυνατοί).

§ 2. Vulg. ξυνίστασάν τε .... τοὺς ἐπιτηδείους ἐς ξυνωμοσίαν καὶ τοὺς πολλοὺς φανερῶς ἔλεγον. B rectius ἐς τοὺς πολλοὺς. Nihil liquet ex Valla: „apud multitudinem palam dicentes."

§ 3. Vulg. καὶ ὁ μὲν ὄχλος .... διὰ τὸ εὔπορον τῆς ἐλπίδος τοῦ βασιλέως μισθοῦ ἡσυχαζεν. B majorem speciem habet: τοῦ παρὰ βασιλέως μισθοῦ, quod a Valla relatam esse dixeris: „affulgente stipendii ab rege suppeditandi spe".

§ 4. Vulg. ἢ ἄλλο, B οὐδ' ἄλλο, recte, ut Valla: „neque".

Ibid. Vulg. σφίσι δὲ περιοπτέον εἶναι τοῦτο μάλιστα ὅπως μὴ στασιάσωσι. Περιοπτέον a verbo περιορᾶσθαι i. e. „circumspicere" ob omni parte quadrat. B scribens οὐ περιοπτέον, ab activo περιορᾶν deductum, propter additam negationem idem fere valet quod vulgata. Valla: „non negligendum."

Ibid. Vulg. βασιλεῖ οὐκ εὔπορον εἶναι. B τῷ βασιλεῖ τε, quod, modo omittas articulum, praestat vulgatae propter praecedens ὅ τε Ἀλκιβιάδης. Valla: „quin etiam ne regis quidem interesse".

Ibid. Vulg. πόλεις ἐχόντων ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ οὐκ ἐλαχίστας. Etsi

articulus addatur minime est necesse, notabilis significantia est Vaticani: οὐ τὰς ἐλαχίστας. Valla: „in illius imperio non minimas urbes obtinentibus".

Ibid. Vulg. ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν πέπονθε, B οὐδέν πω κακόν, cuius lectionis quisque agnoscit elegantiam. Sic Valla: „a quibus nihildum mali passus est".

§ 6. Vulg. ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν. Recte. Valla „inaudita causa homines atque immanius ad necem esse rapiendos". B e librarii fortasse mendo: „βεβαιότερον.

§ 7. Vulg. οὔκουν ἑαυτῷ γε τῶν ὑπ' Ἀλκιβιάδου καὶ ἐν τῷ παρόντι πρασσομένων ἀρέσκειν οὐδέν. Sic quoque B. Sed ἐν τῷ παρόντι πρασσομένων accipiendum est de rebus, quae Alcibiade auctore illo tempore fiebant neque tamen de iis, quae a principibus Sami agebantur: addendum enim erat nomen, unde hoc appareret, ut in τῶν ὑπ' Ἀλκιβιάδου. Stahlius jam vidit Vallam, me quidem judice merito, omittere καί: ideoque nihil eorum quae impraesentiarum ab Alcibiade agerentur".

Caput 49 § 1. Omnes libri οἱ δὲ ξυλλεγέντες τῶν ἐν τῇ ξυμμαχίᾳ. Haackius acute correxit ξυνωμοσίᾳ. Nihil certi liquet ex Valla, licet fere librorum scripturae concinere videatur: „ii tamen qui congregati in societate belli erant". Quamquam interdum apud Thucydidem ξυνωμοσία usurpatum est de societate [1]). Fierine potest, ut e contrario hic ξυμμαχία dicatur de conjuratione?

Caput 50 § 1. Vulg. τῶν λεχθέντων ὑφ' αὑτοῦ, B τῶν ὑφ' αὑτοῦ λεχθέντων. Valla: „quae a se in contrarium dicta essent".

Ibid. Vulg. ἦν. B ἢ ἄν, perperam. Valla: „si".

§ 2. Vulg. τὸν τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχον. B. omittit τῶν. Valla: „Lacedaemoniorum nauarchum".

---

1) cf. III 64 (bis) V. 83.

Ibid. Vulg. ἔτι ὄντα τότε, B ἔτι τότε ὄντα. Valla „circa Miletum adhuc agentem".

Ibid. Vulg. καὶ τἄλλα σαφῶς ἐγγράψας. B τἄλλα πάντα. additamento opus certe non est. Praeter ea, quae jam Tissapherni nuntiata a Phrynicho novimus, multa sane alia non erant communicanda, ut πάντα vix sanum possit esse. Valla: mittit epistolas, in quibus cum alia simpliciter scribebat, tum vero Alcibiadem illorum negotia corrumpere".

Ibid. Vulg. ἑαυτῷ. Valla: „sibi", recte. B αὐτῶι.

§ 3. Vulg. ἀνελθὼν δὲ παρ' αὐτόν. B perperam ἀπελθών; abeundi notio nequaquam quadrat. Valla: „reversus ad eum".

Ibid. Vulg. Libri omnes γίγνεται αὐτοῖς μηνυτής legunt, excepto Pal. veram scripturam praebente αὐτός, ut Valla: „ipse."

Ibid. Vulg. προσέθηκέ τε, ὡς ἐλέγετο, ἐπ' ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν καὶ περὶ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Inania verba. B addit in fine κοινοῦσθαι, quod propter καὶ-ἄλλων abesse nequit. Valla quoque recte: „index ipse rei factus et (ut ferebatur) tum his tum aliis rebus communicandis Tissapherni sese applicans".

Ibid. Vulg. διόπερ καὶ περὶ τῆς μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. B omittit περί. Utraque invenitur contructio. Valla: eoque libentius ferebat stipendium non esse persolutum".

§ 5. Vulg. καὶ νῦν ὅτι ὅλον τὸ στράτευμα ἑτοῖμος εἴη .... παρασχεῖν. B omittit ὅτι, injuria tamen, quia sententia nostra non pendet ex μεμφόμενος, sed ex participio quodam subintelligendo, quale est ὑπισχνούμενος. cf. Class. Ex Valla nihil definitur: „insimulans illum superioris facti quod haud probe occultaret, et nunc se paratum esse tradere illis .... exercitum",

Caput 51 § 1. Vulg. ταῦτα σαφῶς πεπυσμένος εἴη recte, ut Valla: „hoc pro comperto habeat". B πεπεισμένος εἴη.

§ 2. Vulg. ξυνεμαρτύρησε μᾶλλον ταὐτὰ ἀπαγγείλας. Nonnulli libri ἐξαγγείλας; B ἐσαγγείλας. Pro certo quid affirmare non licet, haud illepide tamen Poppo „nostrum (i. e. ἀπαγγείλας) fortasse ideo

improbes, quia usitatius sit, quam quod mutatum esse probabile videatur". Valla „testimonium eo judicio perhibuit".

Crput 52 § 1. Solus Monacensis: Μετὰ δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης μὲν Τισσαφέρνην παρεσκεύαζε καὶ ἀνέπειθεν ὅπως φίλος ἔσται τοῖς Ἀθηναίοις, δεδιότα μὲν τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι πλείοσι ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων παρῆσαν, βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως πιστευθῆναι. Reliqui libri, etiam B, πεισθῆναι quod recepit Classen: „dieser fürchtete sich zwar vor der Uebermacht der Lakedämonier, eigentlich aber wünschte er die Athenische Allianz, wenn er nur durch genügende Gründe überzeugt werden konnte (dass er den Schritt met Sicherheit thun könnte"). Quorum refutationem multis jam annis ante dedit Krügerus: „πεισθῆναι ὑπὸ Ἀλκιβιάδου μεταθέσθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους (Sch.). Allein dieser Gedanke erscheint hier ziemlich seltsam, da Tissaphernes längst überzeugt war dass er eher die Athener als die Peloponnesier zu unterstützen Grund habe (vgl. 8, 46, 4). Auch kann eine blosse Ueberzeugung der Art ohne ihr gemässes Verfahren zu nichts führen. Daher scheint mir die La. πίστευθῆναι von vielen, wenn gleich meist schlechteren Hsn. (immo, ab uno Monacensi) geboten und von Va. bestätigt, auch jetzt die richtige. Nach ihr wäre der Sinn: obgleich er die Peloponnesier fürchtete, und also ein Interesse daran hatte sie durch Theilnahme fur Athen zu schwächen, so wollte er doch für jetzt noch sich ihr vertrauen erhalten. Acute etiam Dukerus: Πεισθῆναι „ita etiam legit Schol. Sed non intelligo, quis sit sensus in illius interpretatione Tissaphernem metuisse quidem potentiam Peloponnesiorum, sed tamen cupivisse sibi ab Alcibiade persuaderi, ut illis desertis Athenienses socios adscisceret. Nam ex iis, quae deinde c. 56 et c. 57 dicuntur, apparet Tissaphernem, etsi ei suspectae erant vires Peloponnesiorum, tamen eos minime voluisse a se alienare et cupivisse efficere, ut sibi fidem haberent se eorum amicitiam societati Atheniensium praeferre". Quibus eanidem haecce addere velim: sequentia ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ φορὰν περὶ τῶν Θηρι-

μένους σπονδῶν ἥσθετο τῶν Πελοποννησίων primus fuit Herbstius qui, Classeno plaudente, de Alcibiade acceperit. Nedum urgeam verborum locum sane minus aptum post praecedentia, in quibus modo de Tissapherne sermo est, contrariae opinionis documentum suppeditatur in ἐν ᾗ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον πρότερον εἰρημένον περὶ τοῦ ἐλευθεροῦν τοὺς Λακεδαιμονίους ἁπάσας τὰς πόλεις ἐπήληθευσεν ὁ Λίχας, in quibus si Herbstius vera docuisset, haud dubie non τοῦ Ἀλκιβιάδου sed ἑαυτοῦ fuisset scribendum. Sequitur, ut verba a me laudata de Tissaphernis cogitandi agendique rationibus intelligenda sint. Age jam, videmus inter causas, propter quas Lacedaemonios sibi denegare fidem nolebat Tissaphernes, hanc fuisse, quod Peloponnesiis jam Therimenis pacem stomachum movisse animadvertisset ideoque, cum fortiores essent, eos plane a se alienare hoc quidem puncto temporis e re sua non esse. Valla recte ni fallor: cupientem tamen, si quo pacto posset, sibi haberi fidem".

Ibid. Vulg. recte ἁπάσας τὰς πόλεις. Valla: „cunctas civitates. B τὰς ἁπάσας πόλεις.

Caput 53 § 2. Vulg. μαρτυρομένων, ex usu scriptoris a quo alienum est μαρτυρουμένων, quod est in B.

Ibid. Vulg. ἠρώτα ἕνα ἕκαστον αὐτῶν παράγων τῶν ἀντιλεγόντων. Propter τῶν ἀντιλεγόντων insulse abundat αὐτῶν, quod B omittit, neque tradit B: „singulos contradicentium percontabatur".

Ibid. Vulg. ἥν (sive ἤν) τινα ἐλπίδα ἔχει. Praetat B εἴ τινα a Valla relatum: „ecquam spem .... haberent".

§ 3 Vulg. rectius ὁπότε δὲ quam B ὁπότε δή.

Ibid. Vulg. ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἔλεγεν αὐτοῖς multo significantius quam Vaticani ἤδη. Valla in minoribus illis vocabulis reddendis haud magnam posuit operam nostroque loco nihil rettulit; quocirco fere constat eum vidisse δή, cum ἤδη quid esset vix ignorare posset.

Ibid. Vulg. καὶ μή, recte pro καὶ μὴν ex B. Valla „: ne". Quod autem B in proxime sequentibus pro vulgata ἐβουλεύσαμεν sive

ἐβουλεύσομεν exhibet *βουλεύσομεν*, optimo libri fidem habeamus est necesse. Valla nil docet.

Caput 54 § 1. Vulg. *ἐλπίζων*, B cum compluribus libris *ἐπελπίζων*. Legendum cum Herwerdeno: *ἔτι ἐλπίζων*.

§ 2. Vulg. *τά τε πρὸς τὸν Τισσαφέρνην καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην*. Alterum articulum omittit B. Valla „cum Tissapherne et Alcibiade".

§ 4. Vulg. *παρακελευσάμενος ὅπως .... καταλύσουσι τὸν δῆμον*. Futurum, ut Herwerdenus ex lapidum testimonio ostendit, recte se habet. B et nonnulli alii perperam *καταλύσωσι*. Valla libere vertit.

Caput 55 § 1. Vulg. *εἴ ποι ἀπαίροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν*. Recte cum *ἀπαίροι* jungitur *ποι* neque cum B aliisque quibusdam libri *που* legendum est. Valla bene: „siquo trajicerent Peloponnensium naves".

§ 3. *καὶ ὅπλα ἐλήφθη πολλά*. B *καὶ ὅπλα πολλὰ ἐλήφθη*. Valla: „multaque arma capta".

Caput 56 § 4. Vulg. *ᾔτει γὰρ τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Ἀλκιβιάδης, λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος Τισσαφέρνους, ὥστε τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπὶ πολὺ ὅτι αἰτοίη ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι*. Alcibiades majora postulans quam quae concedi possent, Athenienses ut foederis cum Persis non icti auctores essent effecit. Quam significationem non invenias nisi in B *ὥστε τὸ τῶν Ἀθηναίων*, cui assentitur Valla: „Postulavit enim Alcibiades coram Tissapherne .... quae adeo modum supergrederentur ut per Athenienses, etsi ingentibus sane postulatis acquiescerent, staret quominus conveniretur." Vulgata hunc fere in modum explicari solet: Alcibiades tam parum benevole cum civibus suis egit, ut hoc ab Atheniensibus ei posset dari crimini; quod tamen num in Graecis inesse possit valde licet dubitari. Accedit, quod vulgata hunc in modum accepta inania fiant verba *καίπερ ἐπὶ πολὺ ὅ τι αἰτοίη ξυγχωρούντων*.

Ibid. Libri, etiam B *Ἰωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν δίδοσθαι*. Nemo

nisi Alcibiades § 3 et § 4 loquitur, quam ob rem viri docti eodem jure, quo paulo infra, singularem flagitant numerum ἠξίου, quem solus Valla servavit: „nam postulavit omnem Ioniam tradi."

§ 5. Vulg. ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι τι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι .... ἀπελθόντες κομίζοντα ἐς τὴν Σάμον. Lectio non constat. Quidquid autem statuendum est, B perverse omittit ἀλλά. Equidem cum illis facio, qui cum Scholiasta de verbo quodem inserendo post οὐκέτι τι cogitant, quod Valla quoque suadet: „ad haec postulata nihil jam amplius assensere Athenienses, sed ea intolerabilia arbitrantes .... digressi se Samum receperunt".

Caput 57 § 1. Vulg. ξυνθήκας ἔτι ἄλλας ποιησάμενος, ἃς ἂν δύνηται, τροφήν τε παρέχειν καὶ μὴ παντάπασιν ἐκπεπολεμῆσθαι, δεδιὼς μή, ἢν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς, ἢ τοῖς Ἀθηναίοις ἀναγκασθέντες ναυμαχεῖν ἡσσηθῶσιν ἢ κενωθεισῶν τῶν νεῶν ἄνευ ἑαυτοῦ γένηται Ἀθηναίοις ἃ βούλονται. Ut duplex ἢ .... ἢ, inter se oppositum, indicat, sententia conditionali, quae in B omittente ἢν abest, non possumus carere neque magis cum optimo libro participium futurum ποιησόμενος recipiendum est. B autem recte ἐκπεπολεμῶσθαι, cum debellandi notione nihil sit opus. In hisce omnibus scopum ferit Valla: „initisque aliis quibuscumque posset pactionibus, stipendium solvendi ne prorsus sibi hostes redderet: timens enim ne, aut coacti pugnare cum Atheniensibus classe ex magna parte stipendio fraudata succumberent, aut sqq.".

Caput 58 § 1. Vulg. περὶ τῶν βασιλέως πραγμάτων καὶ Λακεδαιμονίων. B mendose post καὶ addit τῶν. V. „de regis deque Lacedaemoniorum .... negotiis". § 4. autem B ἐπὶ Λ.

§ 2. Vulg. καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς ὅπως βούλεται. B et nonnulli alii haud dubie ex conjectura βασιλευέτω, quod jam praepositione περὶ damnatur. Vere Valla: deque sua provincia rex deliberato pro suo arbitrio".

§ 6. Vulg. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους τελευτῶντος τοῦ

πολέμου τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι. Sic et Valla: „eam pecuniam finito bello .... Lacedaemonii .... Tissapherni reddunto." B ante τελευτῶντες inane quoddam κωλύειν addit.

§ 7. Prius δὲ injuria neglectum est in B.

Caput 59 § 1. Vulg. αἱ μὲν σπονδαὶ αὗται ἐγένοντο, B τοιαῦται, quod Classenus jure non censet recipiendum propter praecedens τάσδε (c. 57. 2). Stahlius laudat c. 19, § 1. Valla: „hae pactiones".

Ibid. Vulg. καὶ μετὰ ταῦτα παρεσκευάζετο Τισσαφέρνης. B pronomen ad σπονδαί referens scribit μετὰ ταύτας. Goellerus vulgatam servans laudat c. 19 ἡ μεν ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα κτέ. Nihil certi efficimus ex Valla, qui sententias liberius inter se conjunxit: „Atque hae pactiones initae fuerunt, post quas Tissaphernes operam dabat".

Ibid. Vulg. καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος οὖν δῆλος εἶναι. Haud illepide B γοῦν: speciem opitulandi saltem prae se ferre volebat. Valla in minoribus vocabulis non audiendus; fieri potest ut γοῦν mendose verterit per „etiam": „animo etiam ostentandi se .... apparare".

Caput 60. Vulg. καὶ γενόμενοι περὶ τὸ Τριόπιον. B omittit τό. Valla: „cum .... omni cum classe circa Triopium navigarent".

§ 3. Vulg. καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, B, τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε usitatior huius formulae verborum ordo. V. „Hyems haec confecta est et vicesimus huius belli annus".

Caput 61 § 2. Vulg. παρεπέμφθη .... ἐς Ἑλλήσποντον, B ἐφ' Ἑλλησπόντου accuratius sane. Ex Valla nihil nobis potest apparere: „missus est in Hellespontum".

§ 2. Vulg. ὃς Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε elegantius et verius quam ξυνῆλθε libri B. Valla, qui verba composita in praepositionibus saepius incuriosius tractavit: „qui cum Antisthene venerat epibata".

Ibid. Vulg. ναῦς δώδεκα, quem numerum et Valla refert idque jure, ut ex sequenti navium enumeratione discimus. B mendose δέκα.

§ 3. Vulg. *οὐκ ἔλασσον ἔχοντες*. Participium praesens stabilitur locis similibus, quales invenias 3, 5, 2. 4, 25, 6. Vaticani *σχόντες* correctio ducenda est. Valla „et quum atrox esset pugna navalis, neque in ea Chii atque socii forent inferiores".

Ibid. Vulg. *οἱ Χῖοι*, B *Χῖοι*.

Caput 62 § 3. Vulg. *καὶ ὡς οὔτε προσεχώρουν οὔτε προσβαλὼν ἐδύνατο ἑλεῖν*. B *προσβάλλων*. Omnino recte Herwerdenus annotat solos Thucydidem et aequales scire putuisse, utra lectio praestet. Quaestio, quam solvet nemo, oritur, saepiusne Strombichides urbem conatus sit expugnare an semel repulsus abierit. Valla: „neque oppugnatione tentata expugnare posset".

Ibid. Vulg. *Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἣν τότε Μῆδοι εἶχον*. Alii libri *τότε*, alii *πότε*, ut B. Uniuscuiusque sane est pro *τότε* corrigere *πότε*, quod tamen facias cavendum est. Multo enim facilius *τότε*, quod lectori paulo imperitiori nostri scriptoris dicendi rationis necessario debet videri absurdum, abiit in *πότε* quam invicem. Nota porro res est etiam libro I, 101, 2. *τότε* de praeterito tempore esse usurpatum quod, licet fuerit Vallae ignotum, tamen non impedit quominus eum *τότε* vidisse dicamus: „Sestum .... urbem .... quam tum Medi tenebant".

Caput 63 § 1. Vulg. *Ἐν τούτῳ δ' οἱ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγένοντο*. B omittit *ἐν τούτῳ δέ*, verba necessaria, quae inveniuntur apud Vallam: „Interea et Chii compotes maris effecti sunt magis".

Ibid. Vulg. *πυθόμενος τὰ περὶ τὴν ναυμαχίαν*. B *περὶ τῆς ναυμαχίας*. Neutrum damnandum per se. Vaticani autem auctoritas augetur c. 14 § 2. cf. etiam VI 32, 3. Valla: „audita pugna navali".

§ 3. Vulg. *ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον πρέσβεις .... ἐς τὴν Σάμον ἦλθον, τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι, καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὺς ἀλλήλοις ἵνα

μὴ ὀλιγαρχῶνται, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἅμα οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐσκέψαντο Ἀλκιβιάδην μὲν .... ἐᾶν. B προυτρέψαντο τοὺς δυνατωτάτους ὥσπερ .... ἐπαναστάντας κτέ., quam lectionem plerique sunt secuti. Fuit imprimis Kruegerus, qui me judice argumentis haud infirmis fretus, denegavit fidem Vaticano: „προυτρέψαντο Hk. u. eine gute Hs. Allein ich sehe nicht ein was bei dieser La. αὐτῶν bedeuten soll, was bei προτρεψάντων völlig klar ist, wenn man die Stelle nur ein wenig anders erklärt." Concedamus paulisper Classeno αὐτῶν esse „ipsi", quidni vir doctus eodem modo interpretatur ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι, in quibus pronomen spurium ducit? Utcumque res se habet, in B quid sibi velit αὐτῶν nemo facile dixerit. Acute pergit Kruegerus „Ich suche nämlich den Gegensatz zu dem τε in τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι erst in dem καί zu ἐν σφίσιν αὐτοῖς und erkläre καὶ αὐτῶν durch sogar selbst. Die ganze Stelle fasse ich mithin so: nicht nur im Lager selbst versicherten sie sich der Verhältnisse noch mehr, da sogar die Samier selbst die Oligarchen der Athener anregten dass sie versuchen möchten mit ihnen eine oligarchische Verfassung anzunehmen, obgleich sie (die Samier) früher einen Aufstand gemacht hatten um keine oligarchische Verfassung zu haben; sondern auch unter einander beschlossen diejenigen Athener welche sich (zu diesen Neuerungen) vereinigt hatten mit Aufgebung des Alkibiades dahin zu wirken das sie .... der Verhältnisse Meister blieben". Cui disputationi fere toti libenter subscribam. Hoc modo enim entelligimus quid sit αὐτῶν, quae sit vis sententiae adversativae. Quod ad superlativum δυνατωτάτους attinet, nullo modo Vaticano cedat vulgata oportet: oligarchi sunt οἱ δυνατοί. Probato autem B consentaneum est si de reipublicae forma immutanda cum Samiis egissent Athenienses eos sane cum potentissimis fuisse acturos. Valla vulgatae consentit: „et Samii ipsi hortabantur optimates ad capessendum secum statum paucorum"

Caput 64. § 1. Vulg. προσίσχωσιν

§ 2. Vulg. τὴν δῆμον κατέλυσε, B κατέλυσε τὸν δῆμον, lectio a Classeno vulgatae postposita. Valla: „statum ibi popularem abolevit".

§ 4. Vulg. καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν, B φυγή τε. Copula insulse est addita. Valla locum non intellexit.

Ibid. Vulg. καὶ αὕτη, recte. B καὶ αὐτή. Valla nil docet.

§ 5. Vulg. δοκεῖ, B δοκεῖν.

Ibid. Vulg. τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες; B recte pro ὑπὸ scribit ἀπό. Valla: „illaque fallaci sub Atheniensibus legitime vivendi conditione posthabita"; refert ni fallor ὑπό.

Caput 65 § 1. Vulg. ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας, B ἧκον. Valla: „Athenas reverterunt".

Caput 66 § 1. Vulg. ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθιστάναι ἔμελλον B unice veram lectionem refert μεθίστασαν, quam et Valla: vidit: „quoniam qui administrationem civitatis immutarant, iidem civitatem administraturi erant."

Ibid. Vulg. ἐβούλευον, B ἐβουλεύοντο. Utrumque ferri potest.

§ 2. Vulg. recte ἐτεθνήκει, B τεθνήκει. Valla: „necabatur".

§ 4. Vulg. κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο. B κατὰ δὲ ταὐτὸ τοῦτο.

Ibid. Vulg. ἢ γὰρ ἀγνῶτα ἂν εὗρεν ᾧ ἐρεῖ ἢ γνώριμον ἄπιστον, B injuria omittit ἂν in apodosi. Valla: „sive enim notum sive ignotum nactus esses."

§ 5. Vulg. βέβαιον τὴν ἀπιστίαν τῷ δήμῳ πρὸς ἑαυτὸν καταστήσαντες. Perverse B πρὸς ἑαυτῶν; et in casu et in numero fallitur. Valla: „quod populares ad mutuam diffidentiam inducebant".

Caput 67 § 2. Vulg. ἡ ἡμέρα; articula non possumus carere cum B.

§ 3. Vulg. μήτε ἀρχὴν ἄρχειν, vera scriptura, quae ni fallor ob sonum in B mutata est in μήτε καὶ ἄρχειν (lege ἀρχὴν) ἔχειν, sed perverse. Attamen c. 58 § 2 B non dubitavit corrigere βασιλευέτω

βασιλεὺς pro βουλευέτω βασιλεύς. Valla respondet jure vulgatae: „nullo jam magistratu ex pristino instituto fungi oportere".

Caput 68 § 1. Vulg. ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, B πᾶν. Valla: „qui vero totum negotium composuerat".

Ibid. Vulg, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη ἐς τοῦτο unice vera lectio, ut etiam apud Vallam: „qua ratione ad hoc deveniretur". B solus sed perverse ὅτῳ τρόπῳ κατέστησε τοῦτο.

Ibid. Vulg. ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, B οὐδενὸς δεύτερος sollemnis significantiorque loquendi ratio cf. 2, 79, 5. Accedit quod δεύτερος multo facilius abire potuerit in ὕστερος, vocabulum magis vulgatum quam invicem. Vaticani auctoritas amplificatur a Valla: „vir Atheniensium sui temporis nulli secundus virtute".

Ibid. Vulg. ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκουσίως οὐδένα; B ἑκούσιος, quod propter sequens ὑπόπτως in adverbium abiit in vulgata. Vaticanum ex scriptoris usu dictum, jure probarunt editores. Valla quoque vidit adjectivum: „qui neque ad populum, neque ullam in contentionem voluntarius prodibat".

§ 2. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο. B cum nonnullis aliis (A.E.F.M.) καὶ αὐτός τε ἐπειδὴ μετέστη ἡ δημοκρατία καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη μετὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, quorum spuriam naturam magna sane pro parte indicat Scholion: κείμενον (i. e. scriptura etiam exstat) ἐπειδὴ μετέστη ἡ δημοκρατία, καὶ ἐς ἀγῶνας μετέστη (κατέστη?) μετὰ τῶν υ. Stahlius locum insanabilem ubertim tractavit [1]) textumque hunc in modum restituendum proposuit: ἐπειδὴ [μετέστησεν ἡ δημοκρατία] καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη μετὰ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου [ἐκακοῦτο]. Mihi quidem vulgata non displicet. Valla: „et qui postmodum (quum statu quadringentorum collapso, acta illorum populus ultum

---

1) cf. Symb. Philol. Bonnae 1867.

iret ipseque in judicum vocaretur ....) videtur mihi optime omnium .... causam capitis dixisse". E verbo dixisse sequitur, ut Valla veram lectionem viderit ἀπολογησάμενος, quae in B est depravata in ἀπολογησόμενος.

§ 3. Vulg. Φρύνιχος, B ὁ Φρύνιχος rectius.

Caput 69 § 1. Vulg. τρόπῳ τοιῷδε ὕστερον ἤδη, B ἤδη ὕστερον τρόπῳ τοιῷδε.

Ibid. Vulg. οἱ δ' B οὐ δ' perperam.

§ 2. Vulg. ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις; B ἐπ' recte, etiam a Valla expressum: „apud arma".

Ibid. Vulg. recte Τήνιοι; Valla: „Tenii". B corrupte Τήιοι.

§ 3. Vulg. οὓς οἱ 'Αθηναῖοι ἔπεμψαν οἰκήσοντας. Futuri notione opus est, ideoque B injuria refert οἰκήσαντες. Valla probe: „quos illuc habitatum miserant Athenienses". In B quoque abest articulus.

Ibid. Vulg. οἷς ταῦτα προείρητο, B ταὐτά. Et hoc et illud ferri potest, quamquam post verba ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἥκοντες vix verisimile est scriptorem iterum dedisse ταὐτά, quod ad sententiam fere ab ἐπ' αὐτὸ τοῦτο non discrepet, et paene puerile quid habet. Valla vulgatae concinere videtur: „quibus id negotium datum est."

§ 4. Vulg. οἱ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν Ἕλληνες νεανίσκοι. B et nonnulli alii omittunt Ἕλληνες, quod, etsi fortasse paulo inusitatius additum est, tamen cur proscribatur exstat causa nulla. Nonne fieri potest, ut hi Ἕλληνες νεανίσκοι apponantur illis custodibus Andriis, Teniis, Carystiis? Valla: „comitantibus centum viginti adolescentibus Graecis".

Ibid. Vulg. εἴ τί που B εἴ πού τι minus recte. Valla „sicubi.

Caput 70 § 1. Vulg. ὡς δέ. B τε, quod jam sequenti copula damnatur. Valla: „Itaque hunc in modum senatus prorepsit".

Ibid. Vulg. οἱ δὲ τετρακόσιοι, B τριακόσιοι. De Vaticani lectionis falsa natura nemo dubitat; neque tamen equidem vulgatam sinceram duco, praemonitus Vallae interpretatione, in qua τετρακόσιοι

non relatum est. Quocirca lectionem auctoris veram manum esse puto οἱ δέ, omisso numerali.

Ibid. Vulg. τά δ' (lege τε) ἄλλα ἔνεμον κατὰ κράτος τὴν πόλιν. Recte. „Imperiose", inquit Valla, „se gerebant". Audi Classenum: „erscheinen nach bekanntem Sprachgebrach die Aoriste ἀπέκτειναν, ἔδησαν, μετεστήσαντο als die speciellen Ausführungen des algemeinen ἔνεμον κατὰ κράτος τὴν πόλιν". Vaticanus igitur sequendus non est, solus omittens κράτος.

§ 2. Vulg. ἄνδρας τέ τινας ἀπέκτειναν .... καὶ ἄλλους ἔδησαν, τοὺς δὲ καὶ μετεστήσαντο. B perperam οὕς, ut jam vocabulum δὲ indicat. Valla: „quosdam relegaverunt".

Ibid. Vulg. Ἆγιν τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα. B non habet Λακεδαιμονίων. Alterutrum faciendum est, aut, ut Herwerdenus proposuit, τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα ejiciendum est, aut et. Λακεδαιμονίων retinendum. Vaticanus certe non probandus est. Valla: „Ad Agidem Lacedaemoniorum .... misere".

Ibid. Vulg. εἰκὸς εἶναι αὐτοῖς σφίσι καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ μᾶλλον ξυγχωρεῖν. Sententiae subjecto carenti et ob mirum αὐτοῖς σφίσι (pro σφίσιν αὐτοῖς) suspectae verum colorem reddidit B scribens pro αὐτοῖς accusativum αὐτόν. Valla quoque recte: „consentaneum esse ut ille ipsis potius quam infido populo assentiretur".

Caput 71. Vulg. ἢ βούλονται, recte, B εἰ βούλονται.

§ 2. Vulg. ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν. B post ἄνδρας inserit τε, praeter necessitatem. Valla particulam non expressit.

Ibid. Vulg. καὶ ἐκείνου, B κἀκείνου.

§ 3. Vulg. ἐκπέμπουσι καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα περὶ ξυμβάσεως πρέσβεις. B non habet καὶ, quod necessarium saltem non est neque legitur apud Vallam. Mendose autem scribit B παριὼν pro περί. Valla „Lacedaemonem mittunt ad paciscendum legatos".

Caput 72 § 1. Vulg. πεντακισχίλιοί τε ὅτι εἶεν καὶ οὐ τετρακόσιο μόνον οἱ πράσσοντες. B pro οὐ legit οἱ, quod ferendum non est: de nu-

mero enim civium, qui reipublicae participes erant, edocebantur Samii. Speciem Vaticanus haberet, si οὐ οἱ τετρακόσιοι dedisset. Valla recte: „quinque milia hominum esse, non quadringentos solum, qui negotia administrarent".

§ 2. Vulg. καὶ τἄλλα ἐπιστείλαντες τὰ πρέποντα εἰπεῖν ἀπέπεμψαν αὐτοὺς εὐθὺς μετὰ τὴν αὑτῶν κατάστασιν. Etsi καὶ τἄλλα per se prava non est lectio, praestare tamen videtur Vaticani ἄλλα τε, adverbialiter dictum: „etiam aliis in rebus". In sequentibus quoque B jure scribit ἑαυτῶν. Vallam aliam scripturam vidisse apparet, unde, utrum καὶ τἄλλα legerit necne, nemo effecerit, in pronomine autem reflexivo consentit Vaticano: „Non tamen statim ab ipsa status sui constitutione miserunt".

Ibid. Vulg. μὴ .... ναυτικὸς ὄχλος οὔτε αὐτὸς μένειν ἐν τῷ ὀλιγαρχικῷ κόσμῳ ἐθέλῃ. B perverse ἐθελῆσαι. Valla: „ne .... nautica multitudo nollet sub eo statu manere".

Caput 73 § 4. Vulg. οὗτοι γὰρ οὐχ ἑκόντες .... ἔφερον τὴν ὀλιγαρχίαν recte; sic Valla: „hi enim .... inviti statum paucorum ferebant". B male οὐκ ἔχοντες.

Ibid. Vulg. δι' ἣν μόνον ἡ ἀρχὴ αὐτοῖς ἐς τοῦτο ξυνέμεινεν. B νῦν μόνον, alii μέχρι νῦν, utrumque non probandum juxta ἐς τοῦτο. Stahlius interpretum cum consensu ex libris Ar. et Chr. correxit μόνην, quam lectionem referre video Vallam: „propter quam unam magistratu in id temporis permansisset."

§ 5. Vulg. ὅ τε Λέων καὶ ὁ Διομέδων αὐτοῖς ναῦς τινας, ὁπότε ποι πλέοιεν κατέλειπον φυλακάς. Sententia ὁπότε ποι πλέοιεν facit, ut modo imperfectum, κατέλειπον, quadret. B et nonnulli alii libri perverse: κατέλιπον. Valla vulgatam tradit; „Quibus Leon et Diomedon, quoties aliquo navigabant, soliti erant aliquid, navium custodiendum relinquere".

§ 6. Vulg. περιεγένοντο οἱ τῶν Σαμίων πλείονες. Recte, οἱ πλείονες iidem sunt, qui initio paragraphi voce αὐτοῖς indicantur, id est populus Samius (cf. § 3 τοῖς δὲ πλείοσιν ὥρμηντο ἐπιτίθεσθαι). Valla

etsi graeca non accurate reddens tamen se vidisse πλείονες nos docet: „iste omnes interventu suo plerosque Samiorum periculo exemerunt", B πλέοντες sensu vacuum.

Caput 74 § 3. Vulg. ἐπὶ τὸ μεῖζον πάντα δεινώσας τὰ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν. Gentis nomini Ἀθηναίων, quod refert B, locus est nullus. Valla recte: „quae fierent Athenis, omnia in majus vi orationis exasperans".

Ibid Vulg. καὶ ὁπόσοι τε ἐν Σάμῳ στρατεύονται. B solus omittit τε, quod non quo respiciat habet, neque in Vallae interpretatione exstat: „caedem quoque statuisse omnium qui in Samo militarent".

Ibid. Vulg. εἶρξειν recte, B ἔρξειν.

Caput 75 § 1. Vulg. οἱ δ' ἀκούσαντες ἐπὶ τοὺς τὴν ὀλιγαρχίαν μάλιστα ποιήσαντας καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοὺς μετασχόντας τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν βάλλειν. Qua ab lectione B bis recedit, solus pro ἀκούσαντες praebens ἀκούοντες, cumque libris optimis ἔτι pro ἐπί. Vulgatae participium per se optime est ferendum, attamen ἀκούοντες alacris orationis colorem amplificat alibique a scriptore locis similibus est usurpatum cf. 1, 64, 2. 6, 6, 3. 8, 83, 1. In altera lectione varia, ἔτι, pro optimo libro decernere nemo dubitabit; iterata enim praepositione omnino opus non est et pulcre voce ἔτι ostendit Thycidides, parum afuisse, quin non solum rerum novarum auctores, sed etiam qui conjurationes participes fuissent, morte essent multati a plebe. Vaticani autoritas fulcitur a Valla: „quae audientes non modo eos qui statum paucorum introduxerant, sed etiam eos, qui participes fuerant statuerunt a principio occidere".

§ 2. Vulg. οὗτοι γὰρ μάλιστα προεστήκεσαν τῆς μεταβολῆς. Minus verisimilis in B verborum ordo: προεστήκεσαν μάλιστα. Valla: „isti enim praecipui authores exstiterant status innovandi".

Ibid. Vulg. ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαι. Forma media, quam laudat scholiasta, unice est vera. B et nonnulli alii δημοκρατηθήσεσθαι. Valla: „capessituros rempublicam popularem".

§ 3. Vulg. καὶ τὰ πράγματα πάντα .... ξυνεκοινώσαντο. B

ἅπαντα .... ξυνεκοινωνήσαντο, utrumque haud dubie e correctione. Illud ob sonum minus placet, forma autem ἐκοινωνήσαντο nequaquam, ferri potest, cum medium κοινωνεῖσθαι ne exstet quidem. Valla; „cum quibus omnia negotia .... milites sibi communia esse voluerunt".

Ibid. Vulg. ἄν, B ἐάν, recte.

Caput 76 § 2. Vulg. εἴ τινα .... ὑπώπτευον. Vera Attica forma. B cum nonnullis aliis ὑπετόπευον. Valla: „si quem trierarchum suspectum habebant".

§ 3. Vulg. τοὺς γὰρ ἐλάσσους ἀπὸ σφῶν τῶν πλειόνων καὶ ἐς πάντα ποριμωτέρων μεθεστάναι, vera lectio. B soloece: ποριμώτεροι οἱ εὐπορώτεροι καθιστάναι. Haud dubie emblema ducenda sunt verba ποριμώτεροι οἱ εὐπορώτεροι, quae proprie in margine adpicta, deinde locum verae lectionis ceperunt. Quod ad καθιστάναι attinet et hic B manifesto errat. Valla recte: „caeteros exhortati sunt cum aliis rationibus, non debere ipsos animo labare quod civitas sua (αὐτῶν? ut Bekkerus correxit) defecisset: tum vero his, quod a se, qui et plures essent, et omnibus magis abundarent, illa secessisset".

§ 4. Vulg. τάς τε ἄλλας πόλεις ὧν ἄρχουσιν ἀναγκάσειν τὰ χρήματα .... διδόναι. Urbes, quas dicit τὰς πόλεις, sunt eae, ὧν ἄρχουσιν. Idcirco supervacat ἄλλας, quod et illam ob causam jure omissum est in B, cum, quibus τὰς ἄλλας πόλεις opponere debeamus, urbes non exstent. Cum B facit Valla: „posse se civitates, quibus praeessent, adigere".

Ibid. Vulg. ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι, τούς τε πολεμίους ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου ἀμύνεσθαι. B pluribus in rebus differt; ante ἦλθε addit δή, quod non displicet, ut etiam majore cum specie praebet futurum ἀμυνεῖσθαι. Sitne cum B tollendum τῶν, affirmare non ausim; perverse autem pro παρ' scribit περ. Graeca Vallam non intellexisse apparet: „si illinc abirent (legit cum B ὡρμῶντο), Samum superesse,

urbem non invalidam: sed quatenus maritimum robur non Atheniensium, quod soli obtinere contenderant, eo imbecillitatis recidisset, satis validam ad hostes et eodem loco arcendos unde iterum arcuissent".

§ 5. Vulg. τοσοῦτον vel τοσοῦτο, B τοιοῦτον.

Ibid. Vulg. ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἴργεσθαι, B ἐπ' perperam; jure autem omissit καὶ, soloece additum. Valla recte: „Itaque magis se posse illos prohibere usu maris, quam ab illis prohiberi".

§ 6. Vulg. οἵ γε μήτε ἀργύριον ἔτι εἶχον πέμπειν. B οἵ τε μήτε ἀργύριον εἶχον ἔτι πέμπειν. Quod ad γε pertinet, vulgata longe praestat B, in quo τε nihil significat; ordo autem verborum εἶχον ἔτι πέμπειν fortasse rectius institutus a correctore. Valla graeca non intellexit, praeterea negligens μήτε, ut reliqua taceam: „suam habeant quam mittant pecuniam".

Ibid. Vulg. τοὺς πατρῴους νόμους, B recte πατρίους et paulo infra merito exhibet αὐτοὶ pro αὐτούς.

Ibid. Vulg. Librorum plerique etiam B perverse scribunt οὗπερ pro οἵπερ, quod est in Vallae „qui".

Caput 78 § 1. Vulg. ὑπὸ 'Αστυόχου καὶ Τισσαφέρνους, B ὑπό τε. Particula haud displicet praesertim cum etiam in sequentibus Astyochi agendi rationes et Tissaphernis (τοῦ μὲν — τὸν δ') inter se opponantur. Valla probat B: „tanquam negotia ab Astyocho pariter atque Tissapherne perderentur".

§ 2. Vulg. οὐκ οὖν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ διαναυμαχεῖν, B μὴ χρῆναι .... ναυμαχεῖν. In utraque re vulgata est sequenda. Graeci adamant verbum οὐ φάναι, et in composito διαναυμαχεῖν multo plus gravitatis inest. Valla: „Itaque negabant ulterius exspectare oportere, sed pugna navali decernere".

Caput 79 § 2. Vulg. οἱ δ' 'Αθηναῖοι ταῖς ἐκ Σάμου ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαύκῃ τῆς Μυκάλης ὁρμοῦσαι .... καὶ ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπιπλεούσας, ὑπεχώρησαν ἐς τὴν

Σάμον. Quater ab hisce recedit B omittens αἳ et καί, deinde pro ὁρμοῦσαι exhibens ὁρμοῦντες et pro ἐπιπλεούσας substituens προσπλεούσας. Quarum omnium fere mutationum causa fuit καί, quod, effecit, ut αἳ omitteretur utque ὁρμοῦσαι depravaretur in ὁρμοῦντες. Apparet igitur Vaticanum ferri potuisse modo retinuisset καὶ ὡς εἶδον. Vaticano autem tantopere, modo καὶ omittatur, praestat elegantissima vulgatae structura, ut quin veram referat manum, vix quisquam dubitet. Quod ad προσπλεούσας pertinet, fortasse anteponendum est vulgatae ἐπιπλεούσας, quod de classe aggredienti usurpari solet. Valla cum periodum plures in partes diviserit certiores nos facere non potest: „Ergo cum omnibus navibus numero centum ac duodecim, Mycalen proficiscuntur jussis Milesiis adesse pedestri itinere. In Glauca autem Mycales stationem habebant duae et octoginta naves Atheniensium e Samo profectae.... Qui quum prospexissent Peloponnesiacas naves ex adverso venientes, secesserunt in Samum".

Ibid. Vulg. διέχει δ' ὀλίγον ταύτῃ ἡ Σάμος τῆς ἠπείρου; B perperam αὕτη, quod Valla „qua parte" expressit.

§ 4. Vulg. ἀνεχώρησαν, B male ἀπεχώρησαν; abeundi enim notio non quadrat. Valla recte: „Quum autem se in Samum Athenienses subduxissent".

Ibid. Vulg. καταπλεύσαντες ἐπὶ τῆς Μυκάλης, accurate dictum, ut Valla: „ad Mycalen classe appulsa". B πλεύσαντες ἐπὶ M.

§ 6. Vulg. οἱ δ' Ἀθηναῖοι .... ἐπίπλουν αὐτοὶ ποιοῦνται .... βουλόμενοι διαναυμαχῆσαι; B αὐτὸ et ναυμαχῆσαι, utrumque rejiciendum. Illud enim sensu caret et simplex ναυμαχῆσαι multo minus significanter est dictum. Valla recte: „Adversus quam vicissim Athenienses .... contenderunt, ... proposito decertandi".

Caput 80 § 1. Vulg. ὥσπερ καὶ τὸ πρῶτον .... προσετάχθη. Valla quoque recte: „quod jam inde ex Peloponneso praeceptum erat". B ὅσπερ.

§ 2. Vulg. ἐπεκαλεῖτο γὰρ αὐτοὺς ὁ Φαρνάβαζος. B τε γάρ. Nulla est causa, cur addatur particula, quae non exstat apud Vallam: „Evocaverat enim eos Pharnabazus".

Ibid. Vulg. αἱ πλείους, B perverse αἱ δὲ πλείους.

Caput 81 § 1. Vulg. ἀεί τε τῆς αὑτοῦ (vel αὐτοῦ) γνώμης ἐχόμενος; B ἀεί τε τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος, potior propter gravitatem lectio. Non faciendum puto cum Stahlio, qui scribit ἀεί γε; apte enim particulae opponitur καὶ τέλος. Valla cum B: „cum semper alias .... in eadem sententia fuit".

Ibid. Vulg. ὥστε κατάγειν Ἀλκιβιάδην, B ὥστε καταγαγεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην. Ut de articulo nihil definiam in aoristo Vaticanum sequi nolim; equidem de infelici correctione cogito. Valla: „ut Alcibiadem revocaret".

Ibid. Vulg. Librorum plerique, etiam B. ἔπεισαν male pro ἔπεισε; vulgatam, ni fallor, vidit Valla: „concione ad hoc persuasa .... ad Tissaphernem navigavit".

§ 2. Vulg. τῆς φυγῆς ἐπῃτιάσατο, B ἐπῃτιάσατο τῆς φυγῆς. Valla: jacturas exilii sui questus est".

Ibid. Vulg. περὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ εἰπὼν ἐς ἐλπίδας γε αὐτοὺς οὐ μικρὰς τῶν μελλόντων καθίστη. B γε, quo libenter caremus, omittens, post τῶν addit τε, cui particulae in sequentibus nihil opponitur ideoque optime abesse potest. Valla in talibus non est adeundus [1]).

Ibid. Vulg. μικράς, B σμικράς.

Ibid. et § 3. Vulg. ἑαυτοῦ, B αὑτοῦ.

Ibid. Vulg. ἐπὶ πλεῖον, B ἐπὶ πλέον.

§ 3. Vnlg. ὑπισχνεῖτο δ' οὖν τάδε μέγιστα ἐπικομπῶν ὁ Ἀλκιβιάδης; B praeter sensum ἐπικομπεῖν. Valla: „Enimvero asseverabat amplissimis verbis".

Ibid. Vulg. ἢν Ἀθηναίοις πιστεύῃ .... τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρῶσαι; B πιστεύσῃ, quod placet: „si fiduciam conceperit", ut ait

---

1) cf. praef. pag. VI.

Poppo. Neque tamen cum B scribendum est ἐξαργυριῶσαι, quod in Attico sermone non invenitur. Valla: „si modo eis confideret.... se .... venumdare torum suum".

Caput 82. Vulg. οἱ δ' ἀκούσαντες ταῦτα. Valla: „Haec .... simulatque audiere". B ἀκούοντες. (cf. 75, 1).

Ibid. Vulg. κατὰ τὸ αὐτίκα ....; B διὰ τὸ αὐτίκα; utrumque cum viris doctis plerisque duco glossema, ortum e scholio ad vocem ἠλλάξαντο: ὠνήσαντο διὰ τὸ αὐτίκα. Valla: „parati etiam jam tum .... contemptis .... hostibus navigare in Piraeum".

Ibid. Vulg. πλεῖν τε ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ. B rectius: καὶ πλεῖν. Valla nihil nos docet. Stahlio cum τε tum καί eiicienti non assentior.

§ 2. Vulg. ἐπειδὴ καὶ στρατηγὸς ᾕρητο. Recte; sic et Valla: „quandoquidem ipse delectus esset imperator". B soloece: εἴρηται, paulo autem post ᾕρηται.

Caput 83 § 1. Vulg. τὴν Ἀλκιβιάδου κάθοδον, B τὴν τοῦ Ἀλκιβιάδου κάθοδον.

§ 3. Vulg. καὶ ξυνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους; B κατ' ἀλλήλους, quod praestare videtur; ξυνιστάναι πρός plerumque usurpatur in notione adjungendi se alicui parti, ut docet Poppo. (cf. II, 88, 1). Valla: „Itaque inter se milites alius ad alium convenientes".

Ibid. Vulg. Libri: καὶ ξυνιστάμενοι καὶ ἀλλήλους .... οἱ στρατιῶται ἀνελογίζοντο καί τινες καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀξιολόγων ἀνθρώπων καὶ οὐ μόνον τὸ στρατιωτικόν. Pro Kruegero, qui primus inanissima verba καὶ οὐ μόνον τὸ στρατιωτικόν proscripsit facit Valla, apud quem nostri emblematis nec vola nec vestigium reperitur: „Itaque inter se milites alius ad alium convenientes .... conspiraverunt (?) et alii quidam authoritatis homines".

Ibid. Vulg. ἢ διαναυμαχήσει, recte. B ἰδίᾳ ναυμαχήσει. Vallam, qui ἰδίᾳ non expressit, vulgatam puto referre: „nisi quis eos aut in praelium duceret".

Ibid. Vulg. ὅθεν τροφὴν ἕξει, recte. B ἕξοι. Valla „unde alerentur".

Caput 84 § 1. Vulg. τῶν γὰρ Συρακοσίων καὶ Θουρίων ὅσῳ μάλιστα καὶ ἐλεύθεροι ἦσαν τὸ πλῆθος οἱ ναῦται, τοσούτῳ καὶ θρασύτατα προσπεσόντες τὸν μισθὸν ἀπῄτουν. B δὲ pro γάρ. Si conferimus Vallam, in cuius interpretatione quoque deest γὰρ, adducimur, ut B veram scriptoris manum praebere credamus, praesertim cum, ut Classenus adnotat, post τοιόσδε particulum γὰρ addere noster non soleat. Valla enim sic: „conflatus est quidam in Astyochum tumultus hunc in modum: Syracusanorum nautae Thurinorumque, quo liberior multitudo erat, licentius ingruentis stipendium repoposcere".

§ 5. Vulg. οἱ δὲ Μιλήσιοι ὠργίζοντό τε αὐτῷ καὶ διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα τοιουτότροπα. B διὰ ταῦτα καὶ ἄλλα, quod injuria a Classeno receptum esse probat Herwerdenus: „καὶ ἄλλα B, recte, si prius καὶ abesset, ut 75, 1, sed ΔΙ facile excedit post κΑΙ". Accedit, ut c. 87 § 1 Vaticanus idem διὰ iteraverit. Nihil certe e Vallae interpretatione latina deduci posse existimo: „ob haec illi et alia huiusmodi succensentes."

Caput 85 § 1. Vulg. πρός τε τὸν Ἀστύοχον καὶ τὸν Τισσαφέρνη. B .... Τισσαφέρνη καὶ τὸν Ἀστύοχον, cui assentitur Valla: „inter ipsos Tissaphernemque et Astyochum". Personam primariam priorem locum obtinere nihil miramur.

Ibid. Vulg. διάδοχος τῆς Ἀστυόχου ναυαρχίας. B iterum perverse ναυμαχίας. cf. c. 20. Valla recte: „nauarchiaeque suscepit imperium".

§ 2. Vulg. κατηγορήσοντα. B κατηγορήσαντα falso, ut sequens ἀπολογησόμενον docet. Valla recte: „tum ad insimulandum Milesiorum factum .... tum ad se purgandum".

Ibid. Vulg. ἐπὶ καταβοῇ τῇ αὐτοῦ; B et Reg. recte ἑαυτοῦ. Valla: „sui succlamandi gratia".

§ 3. Vulg. φυγόντος ἐκ Συρακουσῶν τοῦ Ἑρμοκράτους. B διαφυγόντος, quod verbum de Hermocrate exule (cf. Xen. Hell. 1, 27.) usurpari non potest. Valla: „Syracusis extorrem".

Ibid. Vulg. ὁ Τισσαφέρνης, ὁ omittit B, in quo tamen paulo infra ante Ἑρμοκράτης articulus desideratur; parum concinne.

Caput 86 § 1. Vulg. οὓς τότε ἔπεμψαν παραμυθησομένους καὶ ἀναδιδάξοντας. In B absunt verba καὶ ἀναδιδάξοντας, quae autem a Valla quoque neglecta esse video. Quid sit ἀναδιδάσκω non dictu est facile et propter Vaticani libri Vallaeque consensum ἀναδιδάξοντας ex c. 72 § 1 huc insertum puto. Valla: „quos .... mittebant ad demulcendos eos, qui Sami erant".

§ 3. Vulg. γένοιτο, B γίγνοιτο perperam, ut Stahlius docet.

Ibid. Vulg. ἐξεῖναι γάρ, ὅτε ἐσέβαλλον ἤδη σφῶν ἀρχόντων τοῦτο ποιῆσαι; B ἐσέβαλον, quod fere necessarium esse dixerim atque a Valla redditum puto: „licuisse enim, quum hostis ad urbem subiisset, sibi id facere, qui civitati praeessent".

§ 4. Vulg. καὶ ἐδόκει Ἀλκιβιάδης πρῶτος τότε καὶ οὐδενὸς ἔλασσον τὴν πόλιν ὠφελῆσαι. B πρῶτον. Omnino dandum est Classeno ἐδόκει speciem habere nullam: „es kann, wie ich glaube, nicht von der Beurteilung von Alkibiades' Rat zur Zeit, da er ihn erteilte (ἐδόκει), die Rede sein". Quam opinionem valde probabilem reddit Valla, qui etiam praesens exhibet: „Ibi Alcibiades primus videtur tunc de patria bene fuisse meritus, et ita ut nemo magis". Quod autem vir doctus secutus est B in varia lectione πρῶτον, aliter sentio; equidem cum emphasi Thucydidem narrare arbitror: Alcibiades videtur illo temporis puncto unus omnium maxime et ita ut nemo magis usui fuisse Athenis. Etenim πρῶτος et οὐδενὸς ἔλασσον duco synonyma, quorum alterum alterius amplificat gravitatem. cf. c. 90 § 1 Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ.

§ 5. Vulg. ἐκεῖνος δὲ τοῦ τ' ἐπίπλου παύσας; B recte ἔπαυσε, ut Valla: „ille et .... a navigando cohibuit".

§ 6. Vulg. ἀποκρινάμενος αὐτοῖς ἀπέπεμπεν ὅτι τοὺς μὲν πεντακισχιλίους οὐ κωλύει ἄρχειν; B κωλύοι, quod non displicet. Ex Valla nihil pellucet: „se quinque milia quidem a gubernatione non prohibere".

Ibid. Vulg. ἐκέλευεν ἀπαλλάσσειν, B ἀπαλλάσσειν ἐκέλευεν. Valla: „quadringentos autem ut amoverent jubere".

§ 7. Vulg. ἢ ἐκεῖνοι, B ἢ κεῖνοι; legendum videtur ἢ 'κεῖνοι.

§ 9. Vulg. Ἀθηναίων, B Ἀθηναῖον, quod vocabulum omnino necessarium non est, neque apud Vallam exstat.

Ibid. Vulg. Μιλησίαν, B Μελησίαν. Valla: Milesiam".

Caput 87 § 1. Vulg. διά τε τἆλλα καὶ τὴν Ἀλκιβιάδην κάθοδον ἤχθοντο αὐτῷ οἱ Πελοποννήσιοι. B ante τὴν iterat διὰ idque fere necessarium est propter duplicem copulam. cf. c. 85 § 5. Et Valla bene: „cum propter alia, tum vero propter Alcibiadem restitutum".

Ibid. Vulg. ὡς ἐδόκει δή recte. B οἱ sensu vacuum. Valla: „ut videbatur"

§ 2 Vulg. οὐκ ἦγε τὰς ναῦς; B ἤγαγε, vera scriptura ut proxime praecedens παρῆλθεν probat. Valla videtur aoristum vidisse: „nec facile cognitu est consilio abierit in Aspendum, quum (?) illinc classem non apportarit".

§ 3 Vulg. ἐς Λακεδαίμονα, B articulum addit.

§ 4 Vulg. τριβῆς, B διατριβῆς. Utrumque ferri potest. Valla: „causa demorandi".

Ibid. Vulg. ὅπως μηδετέρους προσθέμενος ἰσχυροτέρους ποιήσῃ; B μηδετέροις .... ἰσχυροτέροις, quod cum Stahlio [1]) et Nabero [2]), nequaquam probo. Valla liberius: „utque dum ad neutros accederet, neutros reddendo praevalidos, utrosque exaequaret".

Ibid. Vulg. ἐπιφανές, B περιφανές; legendum ἐπιφανεῖς.

Ibid. Vulg. ἐνδοιαστῶς, recte. B ἐγγυαστῶς. Valla „anceps".

Caput 88. Libri τρισκαίδεκα praeter B, in quo est τρεῖσκαιδεκα. Scribendum τρεῖς καὶ δέκα.

Ibid. Vulg. ἐς τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν; B ἑαυτοῦ vera lectio. Valla „in suum et Atheniensium favorem".

Ibid. Vulg. ὅπως μᾶλλον δι' αὐτὸ σφίσιν ἀναγκάζοιτο προσχωρεῖν. Recte, sic Valla quoque: „ut eo magis ille cogeretur per hoc ipsum

1) cf. Stahlius in edit. maj.

2) Mnemosynes N. S. vol. XIV pag. 430.

ad Athenienses accedere". δι' αὐτὸ respicit ad praecedentem sententiam; neque igitur fieri potest, ut sequamur B; in quo est δι' αὐτόν.

Caput 89 § 1. Vulg. ἐλπίδας τε ὅτι πολλὰς ἔχει κἀκείνοις τὸ στράτευμα διαλλάξειν, B καὶ κἀκείνοις, prius καὶ putide est additum. Valla: „habere enim plurimum spei et reconciliandi eis exercitum".

Ibid. Vulg. ἀχθομένους καὶ πρότερον τοὺς πολλοὺς τῶν μετεχόντων τῆς ὀλιγαρχίας .... ἐπέρρωσαν. B τοὺς πολλοὺς καὶ πρότερον minus recte, cum τοὺς πολλοὺς non libenter a τῶν μετεχόντων sejungamus. Valla nihil docet: „Quae verba multo vehementius corroboravere multos qui jampridem gravabantur consortium collegarum in statu paucorum".

§ 2. Libri Σικελλίου, Σικελίου, Σκελλίου, B Σικέ. Valla: „Sicelii". Legendum Σκελίου.

Ibid. Vulg. οἱ μετέσχον μὲν ἐν πρώτοις τῶν πραγμάτων B ἐν τοῖς πρώτοις. Utrumque falsum. Vera locutio est ἐν τοῖς πρῶτοι, quam vidisse arbitror Vallam interpretantem 7, 19, 4 ἐν τοῖς πρῶτοι eodem modo, quo loco nostro: „inter primos."

Ibid. Vulg. τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους. In B abest copula. Valla: „legatos... Lacedaemonem miserant."

Ibid. Vulg. μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν. B δράσειαν. Et conjunctivus et aoristus e scriptoris usu dictus esse potest cf. Class. Valla: „nequid civitatem sine majori parte offenderent."

Ibid. Vulg. οὐ τὸ ἀπαλλάξειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν. B οὐ τῷ. De scriptura, cum locus miserrime sit corruptus, nihil pro certo affirmare licet. Valla: „ita enim vitari posse ne res ad paucos admodum deveniret."

Ibid. Vulg. Omnes libri, excepto M, scribunt τὴν πολιτείαν εἰς ἑτέραν vel ἐς ἑτέραν pro genuino ἰσαιτέραν, quod, cum eodem modo pronuntiaretur, abiit in εἰς ἑτέραν. Falso etiam Valla: „rempublicam in alterum statum transferre." M minus recte ἰσωτέραν.

§ 3. Vulg. ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς Dempto cum B articulo τό, horum verborum cognoscitur significantia, quam Valla expressisse videtur „praetendebant autem mentionem reipublicae", neglecto incuria demonstrativo τοῦτο.

Caput 90 § 1. Φρύνιχός τε, ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ ποτὲ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη. B. falso ὁ. Valla: „Phrynichus, qui aliquando dum apud Samum dux esset, ab Alcibiade dissensit." Vallam spurium ποτὲ omisisse docet Stahlius.

Ibid. Vulg. τὴν ὀλιγαρχίαν προυθυμοῦντο. Locus memorabilis. Solus B refert ὁμολογίαν, quod optime convenit sententiae. Omnes alii ibri legunt ὀλιγαρχίαν, quod et Valla expressit: „statui paucorum propensius vacabant." Quamquam vulgata non ab omni parte displicet: oligarchiae servandae maximam dabant operam.

Ibid. Vulg. πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι, ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον. B perperam καὶ ἐπειδὴ καὶ. Valla „sed multo etiam quam antea magis post reditum suorum e Samo legatorum".

§ 3. Vulg. οὐχ ἵνα τοὺς ἐν Σάμῳ .... μὴ δέξωνται, B ἐκ Σάμῳ. Herwerdenus conjecit ex Thucydidis usu scripturam ἐκ Σάμου, quam refert Valla: „non ut illos e Samo .... non reciperent".

§ 4. Vulg. ἐπίπλους, B rectius ἔσπλους. Valla: „introitus".

§ 5. B perperam ἂν αὐτοὶ pro αὐτοί. Valla liberius vertit.

Ibid. Vulg. καὶ τὸ καινόν τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. Vera manus exstat in B τὸ ἐντὸς τὸ καίνον τεῖχος. Sic quoque Valla: „et interior (murus) novus mare versus".

§ 5. Vulg. καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι. Verisimilius B ἐσπλέοντα, quod Vallam legisse dixerim: „in quam cogebant suum quemque frumentum seponere, quodque intra urbem esset quodque mare adveheretur".

Caput 91 § 1. Vulg. Ταῦτ' οὖν ἐκ πλείονος χρόνου ὁ Θηραμένης διεθρόει. B ἐκ πλείονός τε. In utraqu[illegible]anus praestat; co-

pulae enim aptissime apponitur καὶ ἐπειδή; omissum χρόνου sententiae elegantiam auget et ex scriptoris usu est dictum (cf. 4, 42, 103. 8. 88). B probatur a Valla: „Theramenes ista et jampridem tumultuans denuntiavit".

§ 2. Vulg. ὧν ἦσαν καὶ ἐκ Τάραντος καὶ ἐκ Λοκρῶν Ἰταλιώτιδες καὶ Σικελικαί τινες. B caret altero ἐκ. Si prius καὶ esset „et" sane iterata placeret praepositio; est autem „etiam" ideoque cum B lectio constituenda est, ut in Vallae interpretatione est factum: „quarum nonnullae erant e Tarento et Locris Italicae et Sicilienses".

Ibid. Vulg. In vulgatae ὁρμοῦσαι ἤδη τῆς Λακωνικῆς, B et Cl. post ἤδη inserunt ἐπὶ Λᾷ, quae quomodo omnibus in libris excidere potuerint non perspicio. Non exstant apud Vallam in talibus alibi Vaticani imaginem.

§ 3. M καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου Recte. B et reliqui libri fere omnes διαβόλιμον ὄν, quod pronuntiatione in errorem inductus librarius quidam pro διαβολὴ μόνον chartae mandavit. Valla: „nec id omnino detrahendi studio erat dictum".

Ibid. Reiskius restituit τάς γε monitus Vallae interpretatione „certe".

Ibid. M μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου γε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι. B et plerique libri male τέ. Valla suo more minora vocabula neglegendi non expressit γέ „ne ipsi potissimum ante alios everterentur a populo rursus restituto volebant".

Caput 92. Vulg. τὸ τεῖχος .... φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι; B ἐξειργασμένοι correctio haud palmaria; nusquam enim participium perfectum cum φθάνειν conjunctum invenitur; nihilominus B secutus est Classenus. Valla: „antequam praevenirentur absolvere properantes".

§ 2. Vulg, ὅτι εἰδείη, B ὅτι δείη. Iterum sono deceptus librarius in B veram lectionem turbavit, scribens ὁτιιδειη, unde ortum est ὅτι δείη. Valla: „nihil aliud quam se scire".

§ 3. Vulg. ἀπὸ τῆς Λᾶς recte: B Λᾶις. Valla et hic et superioris capitis § 2 de hac urbe mentionem facit nullam cum duobus libris haud pejoris notae (G. M.) exhibens ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίας: „classis a Lacedaemone jam circumvecta". Sitne fortasse Λᾶς compendium Vallae lectionis, rogare velim?

Ibid. Vulg. Ἀριστοκράτης; B articulum addit.

§ 4. Vulg. Ἀλεξικλέα .... μάλιστα πρὸς τοὺς ἑταίρους τετραμμένον. B falso τεταγμένον. Nihil discimus ex Valla, qui graeca non intellexit: „comprehendunt Alexiclem inter collegas status paucorum praecipua dignitate praeditum".

§ 5. Vulg. τῶν περιπόλων τις. Pronomine jure carent B et Valla.

Ibid. Vulg. τῶν ὁπλιτῶν τὸ στῖφος ταὐτὰ ἐβούλετο; B τὸ πλῆθος, quod non probo cum στῖφος multo facilius potuerit abire in vocabulum usitatius πλῆθος quam invicem. Valla locum non plane intellegens: „et ex voluntate maximae armatorum partis".

§ 6. Vulg. ἕνα τῶν στρατηγῶν ὅστις ἦν αὐτῷ ὁμογνώμων. B ὅς. Valla: „et sumpto secum uno e ducibus suae voluntatis.

§ 7. Vulg: ᾤοντο .... τὸν ξυνειλημμένον τεθνάναι recte; sic quoque Valla participium intellexit de Alexicle capto: „eumque qui comprehensus esset, morte affectum esse .... suspicabantur". B falso ξυνειλεγμένον.

Ibid. Vulg. ἐφεδρευόντων ἐγγὺς τῶν πολεμίων; B ἔτι. Valla nihil docet.

§ 10. Omnes libri ὁ δ' Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον. Scholiasta variam praebet lectionem τῷ ἀληθεῖ, quam relatam quoque a Valla videmus: „re vera". Haackius, Krugerus, Bohmius, Stahlius freti Vallae auctoritate non dubitarunt pro τῷ πλήθει corrigere τῷ ἀληθεῖ. Herwerdenus autem, quominus lectionem in textum recipiat, impeditur forma τῷ ἀληθεῖ parum recte dicta pro τῇ ἀληθείᾳ; attamen tenendum est toties τῇ ἀληθείᾳ in libris abiisse in barbariem, qualis est τῷ ἀληθεῖ, ut veram dicendi rationem quominus restituamus nihil obstet. Classeni gratia, qui contendit propter c. 90 § 1, u[illegible] licitur ἀνὴρ ἐν τοῖς μά-

λιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ, ridicule additum fuisse τῇ ἀληθείᾳ, animadvertere lubet verbis ὁ μὲν Θηραμένης .... ὅσον καὶ ἀπὸ βοῆς ἕνεκα ὠργίζετο ὁπλίταις recte opponi ὁ δ' Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῇ ἀληθείᾳ ἐχαλέπαινον. Deinde si propter verba ex c. 90 § 1 laudata supervacaneum esset nostro loco addere τῇ ἀληθείᾳ, multo incredibilius eandem ob causam Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι dicerentur τῷ πλήθει χαλεπαίνειν, nedum moneam satis miro modo qui alibi (§ 4, 5, 9, 10) οἱ ὁπλῖται sint appellati, eos hic designari verbis τῷ πλήθει.

Caput 93 § 1. Vulg. ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνιχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες. B et alii libri nonnulli post Διονυσιακὸν inserunt τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ ab omnibus, quod sciam, editoribus proscriptum et in Vallae interpretatione expressum litteris cursivis, unde ni fallor statuamus necesse est additamentum a Valla spurium esse habitum.

§ 2. Vulg. τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν. B τὴν δὲ πόλιν ... φθείρειν. Utraque lectio ferri potest nisi quod διαφθείρειν potior lectio est habenda. Valla facit cum B: „ne quo modo civitatem perderent."

Caput 94 § 1. Vulg. καὶ πᾶς τις τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους. Scriptorem equidem puto significare quemque, non solum e militibus, sed etiam e vulgo plebeque, putasse Lacedaemonios arcessitos jamjam adesse, ut jampridem plebs a Theramene erat edocta. (cf. c. 90 § 3. c. 91 § 1 c. §§ 10, 11.) Exceptis B et Valla in reliquis libris ad τῶν πολλῶν interpolatum est ex capite praecedenti ὁπλιτῶν idque factum est ab interprete, qui τῶν πολλῶν perverse tantum de militibus acceperit. Valla: „ac nemo hac ex turba fuit, qui non hoc ipsum esse existmaret quod sqq." Stahlius τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν obelo notavit.

§ 3. Vulg. οἱ δ' αὖ, B οἱ δ'. Bekker correxit οἱ δ' οὖν.

Ibid. Vulg. ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων οὐχ

ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος. B ἤ, quod neutiquam quadrat. Est quaestio, difficilis, et cui responsum vix inventum iri credo, sitne retinendum ἤ an cum scholiasta tollendum. Vulgatam acute defendit Ullrichius ἀπὸ τῶν πολεμίων intelligens de Lacedaemoniis, qui D, celeae erant cum Agide rege, cum ἴδιος πόλεμος accipiat de factionum in urbe certamine, quarum altera adjuvabatur ab Agesandrida Spartiata; itaque vir doctus sententiam hunc in modum constituit: „weil der eigene Krieg bedeutender sei, als der von Feindes Seite, und nicht fern, sondern bei dem Hafen stattfände."

Quae hoc de loco a viris doctis sunt prolata luculenter disposita inveniuntur in Classeni appendice critica. Valla consentit vulgatae: „tanquam bellum domesticum majus quam hostile, nec longinquum, sed ante portum esset."

Caput 95 § 2. Vulg. περὶ τοῦ μεγίστου βουλόμενοι ἐν τάχει βοηθῆσαι; B περὶ τοῦ μεγίστου ἐν τάχει βουλόμενοι βοῆσαι, in quibus τοῦ μεγίστου melius juxta ἐν τάχει, cui opponitur, locum obtinet. Perversum autem βοῆσαι scribae est imputandum. Valla: „magno discrimini occurrere festinante."

§ 3. Vulg. ὧν ἀφικομένων ξὺν ταῖς πρότερον ἐν Εὐβοίᾳ οὔσαις ἓξ καὶ τριάκοντα ἐγένοντο. B cum aliis libris quibusdam ἐς Εὔβοιαν, quod sententiam perturbat. Valla recte: „cum iis, quae in Euboea erant."

Ibid. Vulg. ἀνήγαγε τὰς ναῦς; B ἀνῆγε, recte imperfectum de certamine ineunte usurpatur. Sic Valla: „nam Hegesandridas jam pransus ab Oropo classem ducebat."

Ibid. Vulg. Ἐρετριέων, Vat. Ἐρετριῶν.

§ 4. Scriptor narrat Athenienses ad bellum contra Agesandridam Eretriam profectos, mercari cibaria non in foro sed in extrema urbe esse coactos ab Eretriensibus, a quibus ἀπὸ προνοίας nihil venibat ὅπως σχολῇ πληρουμένων φθάσειαν οἱ πολέμιοι προσπεσόντες καὶ ἀναγκάσειαν τοὺς Ἀθηναίους οὕτως ὅπως τύχοιεν ἀνάγεσθαι. Apparet igitur ni fallor verborum ordinem esse turbatum; etenim οὐδὲν γὰρ ἐπωλεῖτο ἀπὸ προνοίας τῶν Ἐρετριῶν ante ὅπως σχολῇ locum obtineat necesse

est pleniusque post οἰκιῶν interpungatur. Quod nisi feceris unde pendere putas sententiam finalem ὅπως σχολῇ κτέ? Suspicionem meam tuetur Valla: „At illi cibaria in prandium mercabantur, non ex foro sed domesticatim ex ultima urbis parte. Nam nequid in foro venderetur Eretrienses prospexerant: ut dum cunctanter naves ingrederentur, ab hoste praevenirentur."

Ibid. Vulg. ὅπως ... ἐξαναγκάσειαν τοὺς' Ἀθηναίους ... ἀνάγεσθαι. B cum quibusdam aliis ἀναγκάσειαν, solus autem ἐναγαγέσθαι. Compositum verbum ἐξαναγκάζειν cum apud nostrum scriptorem non exstet, sequendus esse videtur B, neque tamen in aoristo tempore ἐναγαγέσθαι, in quo praeterea ἐν nihil significat. Valla: „isti utcunque impletas naves educere cogerentur."

§ 5. Vulg. διά τοιαύτην δὴ παρασκευήν. Valla: „Tali ... apparatu". B et complures libri alii διὰ τοιαύτης δὴ παρασκευῆς. Utraque lectio ferri potest.

Ibid. Vulg. οἱ 'Αθηναῖοι ἀναγόμενοι καὶ ναυμαχήσαντες; B ἀναγαγόμενοι, quod solum contextui apte jungitur. Sic Valla: „tali Athenienses apparatu provecti.

Ibid. Vulg. ἐς φυγὴν τραπόμενοι recte. B ἐκτραπόμενοι, correctio infelicissima. Valla: „in fugam versos".

§ 6. Vulg. οἱ δ' ἐς τὸ ἐπιτείχισμα τὸ ἐν τῇ 'Ερετρίᾳ, ὃ εἶχον αὐτοί, περιγίγνονται. B τείχισμα, rectius, quia de castello in hostili terra exstructo sermo non esse videtur. Quamquam alia restat difficultas, quam sustulit Stephanus pro οἱ δὲ scribens οἵ δέ. Etenim οἱ δὲ ἐς τὸ τείχισμα περιγίγνονται soloece est dictum; recepta autem correctione subauditur καταφεύγουσι et omnia recte se habent. Stephanus probatur a Valla: „Quorum quicunque ad urbem Eretriensem ... confugerant, ... interfecti sunt: qui vero in munitiones, quas ipsi in Eretria tenebant, incolumes fuere."

§ 7. Vulg. καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον, B καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ. Utrumque ex scriptoris usu est dictum. Valla: „neque multo post".

Caput 96 § 1. Παρέστη praebent libri omnes excepto I, in quo

est περιέστη, lectio haud spernenda, a Valla quoque expressa: „circumsteterat".

Ibid. Vulg. οὔτε γὰρ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορά .... οὕτως ἐφόβησεν; B sensu vacuum γὰρ τῇ ἐν Σικελίᾳ ξυμφορᾷ. Valla: „neque enim accepta in Sicilia calamitas .... tanto terrori fuit".

§ 4. Vulg. Εὐβοίας, B Βοιωτίας. Quid statuendum sit, nemo hucusque pro certo affirmavit. Valla vulgatam sequitur „et omnia Euboea tenus". Stahlius verba proscripsit.

§ 5. Vulg. ναυτικῇ ἀρχῇ πλεῖστα ὠφέλουν, B rectius ἐν ναυτικῇ ἀρχῇ, quod et Valla vidit: „in gubernanda classe plurimum Atheniensibus profuerunt". Dativus solus enim quo modo sit explicandus nemo dixerit.

Caput 97 § 1. Vulg. Ἐπὶ δ' οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι .... ἐκκλησίαν ξυνέλεγον .... ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην; B barbarum Πνύκα tradit, et pro ἐπὶ δ' legit ἐπειδή, quod si reciperetur, sententia primaria abesset. Licet pueriliter graeca sit interpretatus Valla, tamen, quin veram viderit scripturam, dubium est nullum: „Ad hunc nuntium Athenienses .... concionem(que) coegere, unam quidem statim tum primum in locum quem vocant Pycna".

Ibid. Vulg. εἶναι δ' αὐτῶν ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται recte: ex eo numero esset quotquot sua ipsi arma exhiberent. Et Valla habet nominativum: „ex eo numero esse quicunque arma gestarent (?)". In B ὁπόσοις, quod tribuo correctori, qui verbum παρέχονται falso passiva cum significatione usurpatum existimabat. B et Pal. καὶ omittunt.

§ 2. Vulg. ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλαι ὕστερον πυκναὶ ἐκκλησίαι. Valla: „sed et aliae deinceps crebrae sunt habitae conciones". B injuria omittit ὕστερον, cui opponitur τότε § 1. Quod attinet ad πυκναὶ ἐκκλησίαι, Valla quidem videt vulgatam neque facit cum Herwerdeno, qui periclitatus est conjecturam sane elegantissimam ἐν Πυκνί, quae autem annon sit necessaria dubitare licet. Hac occasione data lubet animadvertere § 1 in ἐκκλησίαν ξυνέλεγον, μίαν μὲν εὐθὺς τότε

πρῶτον ἐς τὴν Πύκνα καλουμένην me judice omnino αὖθις pro εὐθὺς esse legendum. Quod nisi fecerimus frustra causam, cur sit additum πρῶτον, excogitare conabimur. Accedit, ut lucremur sententiam historiae aptissimam: hoc nempe puncto temporis paucorum imperio abolito, rursus conciones sunt habitae ἐν τῇ Πυκνὶ, ubi et antea populus ἐκκλησιάζειν solebat.

Ibid. Vulg. μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο καὶ κτέ.; B legit ἥ γε et ante τοὺς πολλοὺς habet ἐς; in utraque autem re Vaticanus non est audiendus cum γέ nihil significet neque iterandum sit ἐς, quod faciendum saltem esset, si et ante ἐς τοὺς ὀλίγους exstaret καὶ cf. § 3. Valla nihil nos docere potest „videntur mihi Athenienses non parum commode rempublicam administrasse, inter utramque factionem paucorum et multitudinis, in unam redactam, egregio temperamento".

§ 3. Vulg. διεκελεύοντο ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων. B διακελεύονται, quod propter praecedens ἐψηφίσαντο est rejiciendum. Valla nihil certiores nos facit: decreverunt et ad eum et ad milites qui cum eo in Samo essent mittendum, jubentes ut ad administrandam rempublicam accederet".

Caput 98 § 1. Vulg. Ἐν δὲ τῇ μεταβολῇ ταύτῃ εὐθὺς οἱ μὲν περὶ τὸν Πείσανδρον .... ὑπεξέρχονται ἐς τὴν Δεκέλειαν; B εὐθὺς perverse ante ὑπεξέρχονται collocat. Valla recte: „Inter hanc statim rerum mutationem Pisander .... cum suis .... se in Deceleam subduxerunt".

§ 3. Vulg. κἀκείνους δεῖ Βοιωτοῖς τὸ χωρίον παραδοῦναι. B καὶ κἀκείνους soloece dictum. Valla cum vulgata: „debere et ipsos eum locum tradere Boeotis".

Caput 99 § 2. Vulg. πρότερον .... ἑκκαίδεκα ἐς αὐτὸν νῆες ἐπέπλευσαν καὶ τῆς Χερσονήσου τι μέρος κατέδραμον sic et Valla: „quo prius per hanc eandem aestatem duodecim aliae naves concesserant, et partem quandam Cherronesi incursionibus infestaverant". B αἱ καί, quod Classenus omnino necessarium esse censet. Equidem in addito

vocabulo perspicio manum correctoris. Si enim naves illae sedecim in Hellespontum missae ét aliam semotamque regionem vastassent, libenter ex B reciperem relativum; nunc vero cum naves in Hellespontum profectae populatae sint partem Chersonnesi Thracicae, juxta fretum illud sitae, nequaquam probandum puto Vaticanum.

Caput 100 § 3. Vulg. ἅμα δὲ .... ἐβούλετο ἐπ' αὐτὴν πλεύσας .... ἐξελεῖν recte; ut etiam Valla: „simul volebat in Eresum navigare .... erepturus eam si posset". B et alii libri nonnulli perperam ἐξελθεῖν.

Ibid. Vulg. προσέβαλον πρώτῃ Μηθύμνῃ. B πρῶτον, quo vivacior fit oratio magisque ex [scriptoris usu est dictum cf. c. 44. Valla assentitur Vaticano: „primum adorti fuerant Methymnam".

§ 4. Vulg. πάσαις ταῖς ναυσὶν, recte, ut Valla: „cum tota classe". B πᾶσι.

Ibid. Vulg. προαφιγμένος .... ἦν. Valla: „anteverterat". In B injuria abest ἦν.

Ibid. Vulg. ὅτε ἠγγέλθη αὐτοῖς ἡ τῶν φυγάδων αὕτη διάβασις. B ὡς, quum utraque conjuctio quadret, de correctione cogito in B. Valla: „dum ei (?) de hoc exulum trajectu allatum esset".

§ 5. Vulg. καὶ Μηθυμναῖοι; B injuria addit articulum.

Caput 101 § 1. Vulg. αἱ ἐκ τῆς Χίου; B et nonnulli alii libri omittunt articulum; injuria, cum naves hasce jam memorarit scriptor c. 99 fin., ut Stahlius docet.

§ 2. Vulg. παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν περαιοῦνται ἐν 'Αργινούσσαις; sic omnes libri excepto codice uno pejoris notae (E), qui perperam praebet δειπνοποιοῦντες. Maxime memorabilis est locus. Apparet περαιοῦνται in contextu omnino non quadrare, neque tamen vera scriptura ne a secunda quidem manu in libro ullo invenitur. Sincerum autem δειπνοποιοῦνται nobis servavit Valla vertens: „provecti oram Cumanam, coenavere in Arginussis".

Ibid. Vulg. Ἀργεννούσαις vel Ἀργινούσαις. B Ἀργενούσσαις. Cum Herwerdeno scribendum est Ἀργινούσσαις.

§ 3. Omnes libri: ἐντεῦθεν δ' ἔτι πολλῆς νυκτὸς παραπλεύσαντες τὴν Κυμαίαν. Uniuscuiusque est proscribere τὴν Κυμαίαν e praecedenti paragrapho huc perverse insertum; etenim jam multo ante oram Cymanam praetervecti erant. Solus est Valla, qui emblema non vidit: „Unde multa nocte proficiscentes . . . . perveniunt in Rhoetium".

Caput 102 § 2. Vulg. τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου .... κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι οὐ φθάνουσι πᾶσαι. B πάσας. Neutrum probandum videtur etsi vulgatam per se rejiciendam equidem non puto, fretus c. 104 § 2, § 3, ubi etiam classiarii milites et naves conjunguntur; praeterea ut κατιδόντες recte dicitur de militibus ipsis, ita juxta φθάνουσι, quod ad naves respicit, ferri potest πᾶσαι. Reiskii emendatio πάσαις arridet. Ex Valla nihil certi lucramur: „in conspectum venerunt classes (?) Mindari et evestigio fugae se mandarunt. Neque tamen omnes fugam occuparunt". Quod ad loci scripturam attinet, rem acu tetigisse mihi videtur Naberus, qui commendavit: τὴν ἄνοιξιν εὐθὺς ποιούμενοι [1]).

Ibid. ἀλλ' αἱ μὲν πλείους ἐπὶ τῆς ἠπείρου καὶ Λήμνου διέφυγον. B Cl. Ven. Ἴμβρου. Apud me constat, lectio Vaticani si cognita non esset, neminem scrupuli quid offendisse in vulgata, cum optime factum esse possit, ut naves in Asiae continentem fugerint. Quod quominus statuamus nequaquam obstat § 2 βουλόμενοι ἐκπλεῦσαι ἐς τὴν εὐρυχωρίαν, quod nihil significat nisi Athenienses freti angustias vitare voluisse. Attamen concedendum est Vaticani lectionem arridere idque imprimis ob c. 103 § 2 τὰς ἐκ τῆς Ἴμβρου ὅσαι κατέφυγον (quo?) κομίζονται, unde et correctionem originem ducere persuasum mihi est. Una autem mihi restat difficultas: si naves de quibus c. 103 fit mentio, eaedem sunt, quae nostro loco Imbrum

1) Mnemosynes N. S. vol. XIV. pag. 431.

fugisse traduntur, ubi tandem manserit rogare velim classis pars, quae Lesbum vela dedisset.

Caput 104 § 2. *οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ...., νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, οἱ δ' αὖ Πελοποννήσιοι .... ὀκτὼ νῆες καὶ ἑξήκοντα.* Sic vulgo, nisi quod B et nonnulli alii libri Atheniensium naves referunt *ἑβδομήκοντα.* Valla verborum ordinem mutavit traditque prius Peloponnesiorum navium numerum, deinde Atheniensium et quidem illis cum vulgata adnumerat 68, his autem 86. Quot tamen naves re vera attribuendae sint utrique populo nescimus, cum scriptor paulo negligentius hac de re nos doceat (cf. c. 103 § 2 *τὰς ἐκ τῆς Ἴμβρου ὅσαι κατέφυγον κομίζονται* narrat; numerum autem non discimus).

§ 3. Vulg. *κέρας δὲ τοῖς μὲν Πελοποννησίοις εἶχον τὸ μὲν δεξιὸν Συρακόσιοι.* B injuria omittit alterum *μέν*, cui opponitur *δὲ* in *τὸ δ' ἕτερον.* Haud dubie particulam supervacare putavit corrector propter prius *μέν*, quod tamen spectat ad *Ἀθηναίοις δέ.* Valla nos de scriptura certiores facere non potest.

Ibid. Vulg. *ὁ δε Θρασύβουλος τὸ δεξιόν.* B *τὸ δὲ δεξιὸν Θρασύβουλος.* Valla „dextrum Thrasybulus.

Caput 105 § 2. Vulg. *πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν ἤρξαντο μέρει τινὶ σφῶν ἀτακτότεροι γενέσθαι.* Recte. Quomodo graece dici possit *διὰ τὸ κρατήσαντες* non intellego, ideoque cum vulgata malim retinere *διώκειν*, quam credere praestantiae lectionis *διώκοντες* in libris nonnullis et in Vaticano traditae. Valla liberius: „donec Peloponnenses, dum victoria freti, secure alibi alium insequerentur navem, coeperunt quadam sui parte ordines solvere''.

§ 3. Vulg. *γνόντες δ' οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον .... ἠμύνοντο καὶ τρέπουσι*; B *ἠμύναντο*, vera lectio. Valla utrum viderit *ἀμύνονται*, sane non illepidum, an aoristum pro certo non affirmo, vulgatam vero non refert: „Quod animadvertentes Thrasybulus cum suis .... repellunt atque in fugam vertunt''.

Caput 106 § 1. Vulg. Πύδιον, ut Valla: „Pydium". B et allii nonnulli libri Μείδιον. Lectio non constat.

§ 2. Vulg. Φοβούμενοι γὰρ τέως τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν: ad eum usque diem Peloponnesiorum classem reformidarunt; significanter additur τέως, quod omittit B Φοβούμενοί τε γαρ, in quibus τε nusquam respicit. Valla autem vidit τέως, licet falso interpretatus sit: „quippe extimescentes tunc Peloponnesiorum classem".

§ 3. Injuria in B abest καὶ Βοιωτίας δύο, quod expressit Valla: „Ambraciotarum et Boeotorum binas".

Ibid. Vulg. Πελληναίων; B recte Πελληνέων a nominativo Πελληνεύς. Valla: „Pellenensium", quod vix concinit vulgatae.

§ 4. Vulg. et B τριήρη ἄγγελον. Libri Aug. Cass. Pal. Reg. T. τριήρει ἄγγελον, quod Valla vidit: „nuntium victoriae triremi miserunt". Lectio non plane constat.

Caput 107. Vulg. ἀφικόμενοι δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Κύζικον ἀτείχιστον οὖσαν προσηγάγοντο πάλιν. B alterum καί, sensu vacuum, inserit post Κύζικον, quod apud Vallam non exstat: „et perlati Cyzicum muris carentem, iterum receperunt".

Caput 108 § 1. Vulg. Πελοποννησίοις; B articulum addit.

§ 2. Vulg. ταῦτα δὲ πράξας καὶ ἄρχοντας ἐν τῇ Κῷ καταστήσας. B injuria omittit δέ, pro ἄρχοντας autem legit ἄρχοντα, quod probant editores, quum in tam parvula insula plures magistratus esse institutos negent. Uniuscuiusque autem est tale quid animadvertere et eadem, ni fallor, ratiocinatio correctionis causa fuit. Concedamus igitur est necesse potius pluralem numerum abire in singularem potuisse quam invicem. Valla: „magistratibusque illic constitutis".

§ 4. Vulg. Ἀτραμύττιον, B Ἀδραμύττειον. Valla: „Atramyttum".

Ibid. Vulg. τοὺς ἑαυτοῦ; B τοῦ ἑαυτοῦ, perperam. Valla: „circumdata suorum manu".

Caput 109. Vulg. ἐν τῇ Μιλήτῳ. B articulam omittit.

Ibid. Vulg. *ὅπως μέμψηταί τε τῶν περὶ τὴν Ἄντανδρον γεγενημένων καὶ κτἑ.* Recte. B *τί*, qua in lectione autem agnoscitur acumen correctoris: Tissapherni itineris in Hellespontum ansa erat Antandri urbis defectio, de qua modo in transitu (*τί*) apud Lacedaemonios queri in animo habebat, ut deinde *τὰς διαβολὰς περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν καὶ τῶν ἄλλων εὐπρεπέστατα ἀπολύσηται.* Valla *τε* neglexit.

THESES.

THESES.

I.

Hom. Iliad. VI 399:

῞Η οἱ ἔπειτ' ἤντησ', ἅμα δ' ἀμφίπολος κίεν αὐτῇ,

Pro ἔπειτ' lege ἐκεῖθ'.

II.

Anacr. Odes III vv. 8 et 9:

τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
κατά μευ σχίσεις ὀνείρους.

Legendum est:

τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει
κατά μευ σχίσας ὀνείρους;

III.

Ibid. v. 11:

βρέφος εἰμί, μὴ φόβησαι

Corrigatur:

βρέφος εἰμί, μὴ φοβηθῇς.

IV.

Soph. Oed. Col. v. 260 sqq.:

εἰ τάς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
σῴζειν οἵας τε καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν.

Pro ἔχειν corrigatur θέλειν.

V.

Soph. Trach. v. 250 et 251 ..... τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προσεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.

Pro λόγου restituatur πόνου.

VI.

Ibid. v. 274 en 275:

ἔργου δ' ἕκατι τοῦδε μηνίσας ἄναξ
ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος.

Scribatur:

ἔργου δ' ἕκατι τοῦδε μηνίσας πατὴρ
ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς ἄναξ Ὀλύμπιος.

VII.

Ibid. 280:

ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες.

Spurius versus est.

VIII.

Lys. contra Eratosthenem orationis § 27 verba *οὐ γὰρ δήπου ἐν τοῖς μετοίκοις πίστιν παρ' αὐτοῦ ἐλάμβανον* legenda sunt in fine § 31.

IX.

Q. Curt. Ruf. l. III c. 8 § 22 „Itaque corpora milites curare jussit ac deinde tertia vigilia instructos et armatos esse."

Leg.: dein de tertia vigilia.

X.

Ibid. l. IV c. 10 § 3: fastidio esse patriam, abdicari Philippum patrem, caelum vanis cogitationibus petere."

Corrigatur: cognationibus.

XI.

C. J. Caes. Bel. Gal. l. IV c. 34 § 1: „Quibus rebus perturbatis nostris novitate pugnae tempore opportunissimo Caesar auxilium tulit."

Glossema est: „novitate pugnae."

XII.

Tit. Liv. l. XXIII c. 38 § 7:

Captivis in vincula condi jussis.

Corrigatur: conici.

XIII.

C. Corn. Tac. Agric. c. 28:

Ac saepe victores, aliquando pulsi.

Legendum est: ac aliquando victores, saepe pulsi.

XIV.

P. Verg. Mar. Aeneid. l. VI vv. 210 et 211:

Corripit Aeneas extemplo avidusque refringit
Cunctantem et vatis portat sub tecta Sibyllae.

Pro cunctantem scribendum est nutantem.

XV.

Sententia qua jam ante annum 449 a. C. n. tribunis plebis jus fuisse statuitur legum ferendarum etiam si patres auctores facti non essent, confirmatur rebus a Livio traditis.

XVI.

Assentiendum non est Mommseno perhibenti bellum Macedonicum secundum a Romanis esse susceptum quo libertatem Graecorum vindicarent.

XVII.

Ambrones Teutonosque castra Marii ad Rhodani atque Isarae confluentem praetergressos Romanus dux non subsecutus est (ut Mommsenus et Ihnius perhibent) sed eos praevenit atque Aquis Sextiis se opposuit iter facientibus.

XVIII.

Prorsus non faciendum est cum Ihnio, qui postquam tradidit aerarium sanctius a Caesare violatum esse, pergit: „*Er folgte darin dem Vorgange der Staatsmänner, welche im hannibalischem Kriege* (209 v. C.) *diesen Reserveschatz angegriffen hatten, und konnte nicht ohne Grund behaupten, dass er im Sinne der Männer verfahren, welche das Geld grade für Zeiten der Noth zurückgelegt hätten .... Caesar hatte ein ebenso gutes Recht seine Handlung als eine durch das Wohl des Vaterlandes bedingte darzustellen, wie irgend einer seiner Vörganger.*" (Ihne R. G. Siebenter Band pag. 5.)

XIX.

Si vera sunt verba (de Placit. Philos. IV 2.) Θαλῆς ἀπεφήνατο πρῶτος τὴν ψυχὴν φύσιν ἀεικίνητον καὶ αὐτοκίνητον, philosophum animi libertatem docuisse statuendum est.

XX.

Jure Attico filios nothos ommibus quorum intererat consentientibus legitimos reddere pater potuit.

Evidence for the question "What text of Valla did Erasm. use?"
— p. 4, Valla's "litter[illegible] [illegible]ivus"



Typ. KEMINK & FIL. — Trajecti ad Rhenum.